tie cuius est proprium. Pro solutione supponitur q decimũ capitulũ continet duas ptes. In prima ponit duas cõitates inter spetiẽ z proprium. Quaꝝ prima est. q species z proprium conueniunt in eo q conuertibiliter predicantur de seinuicẽ. vt sicut oĩs hõ est risibilis ita omne risibile est homo. Secundo cõueniunt eo q species z proprium equaliter predicantur de suis subicibilib⁹. In z^a parte ponit 4^or proprietates siue differentias inter speciez et proprium. Quaꝝ prima est hec. Species. s. subalterna potest esse gen⁹ respectu aliarũ spetierũ: sed proprium vnius spetiei non potest esse proprium respectu alterius spetiei. Secũdo differunt qꝛ spẽs subsistit anteq̃ proprium: sed proprium postea suscipit in spetie. Nam oportet prius hominẽ esse vt sit risibile. Tertio differũt qꝛ quoꝝ termini. i. diffinitões sunt differentes z ipsa sũt dñia: sed spetiei z proprij diffinitões sunt differentes q̃ ꝛc. B^or ptz qꝛ diffinitio spetiei est semp esse sub genere z predicari de pluribus z differenti⁹ numero in eo q quid. ſz diffinitio proprij est adesse soli: oĩ: z semper. Quarto differũt qꝛ spẽs semp actu adest ſbiecto. i. species semper predicat in actu de suis subicibilib⁹. sed proprium non semper adest in actu subiecto sed solũ aliqñ: licz semp insit ꝶm potestatẽ. vt sortes semper est actu homo: tñ nõ semper actu ridet: q̃ suis semper apt⁹ natus sit esse risibilis. Consequenter in vndecio capitulo tãgit duas partes. In prima ostendit vna conuenientiaꝝ inter spetiem z accidẽs: quc est hec. Spetiei et accidentis cõmune est predicari de pluribus Et subdit q raro sunt alie cõmunitates: propterea quoniam plurimũ distant ad se accidens z subiectũ cui accidit. In z^a parte ponit quattuor proprietates. Quaꝝ prima ẽ. Spẽs predicat in quid: z accidẽs in quale. Secũdo differũt: qꝛ vna substantia indiuidualis non participat nisi vnam speciem: sed vnũ indiuiduũ participat plura accidẽtia: siue sint separabilia siue inseparabilia. Tertio differunt quia species preintelligit accidenti: etiã si sit inseparabile. Nã oportet prius esse subiectũ vt illi aliquid accidat: Accidentia vo sunt de genere posteriori z aduẽtitie nature. Quarto differunt qꝛ species equaliter participat a suis subicibilib⁹. Sed accidẽs siue separabile siue inseparabile ptcipat inequaliter a suis subiectis: licut vn⁹ ethiops habet colorẽ nigrũ magis intensum vel remissum q̃ alĩ⁹ ethiops. Et subdit epilogando q nũc restat determinare de proprio z accidente. qꝛ quo ꝓprium differt a specie: a differentia: z a genere dictũ est in illoꝝ differẽtijs ad proprium. Hũc respondetur ad dubiũ q proprium potest capi dupliciter. Uno modo p respectu fũdamẽtali aptitudinali ipsi⁹ nature ad actũ terminatẽ huiusmodi aptitudinẽ: z sic proprium semper natum est actu ꝑdicari de eo cui⁹ est proprium: cũ ab eodem sit inseparabile propter ydemptitatẽ realẽ eius ad suũ subiectum. Alio modo capit proprium p actu ad quez terminatur aptitudo illi⁹ nature: z sic ꝓprium nõ semper natũ est ꝑdicari actu de eo cui⁹ est proprium: eo q talis act⁹ nõ semp ꝗuenit suo subiecto. z de proprio sic sumpto loquebat porphiri⁹ in 4ª dñia ipsi⁹ ad spetiẽ.

Dubitatur secundo vtrum

accidens inseparabile insit semp z vl'r cuilibet indiuiduo spẽi respectu cuius est accñs. Pro dubio supponit q in duodecio ca^lo (qõ cõtinet duas ptes) compat porphiri⁹ ꝓprium ad accidens. In ꝑma pte ponit duas cõuenientias. Quaꝝ prima est hec: q preter proprium et accidens inseparabile nũq̃ subsistit sua subiecta. vt quẽadmodũ hõ nõ subsistit preter risibile: ita ethiops nõ subsistit ꝑter nigredinez. Scõo ꝗueniũt qꝛ sicut ꝓprium adest sp z oĩ indiuiduo illi⁹ spẽi cui⁹ ẽ ꝓprium: sic z accñs inseparabile adest sp z oĩ. In scõa pte ponit tres dñias. Quaꝝ prima ẽ hec. Q̃ ꝓprium adest vni soli spẽi: sicut risibile inest soli hoĩ: ſz accidẽs inseparabile nõ inest soli spẽi: sicut nigruz nõ inest soli ethiopi: sed inest corvo carbon: z hebeno: qõ est lignũ nigrũ siue quercus nig̃. Scõo differũt qꝛ ꝓprium ꝑdicat ꝗuersum: non aũt accñs inseparabile. Tertio differũt qꝛ proprium ꝑticipat eqliter a suis subicibilib⁹: Accñs vo ꝑticipat ꝶm magis z min⁹. Et ſbdit q ꝑter cõitates z ꝓprietates iã dictas sũt alie ipsorũ vniuersaliũ: sed hee q̃ dicte sunt sufficiũt ad discretionẽ. i. distinctionẽ eoꝝ ꝑdicabiliũ. i. ad traditionẽ cõi ^lo. i. ꝗueniẽtie ipoꝝ. Hũc rñdet ad dubiũ q du^x est accñs inseparabile. quod dã ẽ qõ ꝗsequit ſbiectũ nõ p rõnẽ indiuidui: sed rõne spẽi vel generis. sicut colorati z figurati vident cẽ accñ^a inseparabilia respectu bois z aĩalis. z tale iest sp z oĩ. Aliud ẽ accñs inseparabile qõ inest ſbiecto per pñ^a cõplexionãtia ipsi⁹ indiuidui. z tale inest sp: ſz non oĩ. Et põt addi 3° mod⁹. Nã quodã ẽ accñs inseparabile qõ inest subiecto ex aliq̃ cã extrin^ca in eodẽ ſbiecto diu ꝗualescẽte: sic cicatrix proueniens ex vulnere. z tale accñs nec inest oĩ nec sp: ſz postq̃ semel infuit semper ifit eidẽ: posita ꝗstantia ſbiecti.

Dubitatur tertio vtrũ omne naturaliter pri⁹ realiꝗ distinctum a suo posteriori possit fieri sine suo p^ost^ z non econuerso. Videꝗ q̃ nõ: q̃ oẽs ptes sit' sumpte sũt naturaliter pores toto a q̃ realiter distinguitꝗ z tñ absurdũ videreꝗ dicere: oẽs ptes sit' esse vnitas: toto nõ exsite. Scõ arguitꝗ ꝗ scõ: ꝗ ptem: q̃ accñs est naturaliter posteri⁹ substãtia: a q̃ realiter distinguitꝗ: z tñ potest esse sine substãtia: vt ptz in sacramento altaris: q̃ naturaliter posteri⁹ põt esse sine priori ab eo ꝗ realiter distincto. Tertio sic: Si oẽ naturaliter pri⁹ posset esse sine suo posteriori a q̃ realiter distinguitur: sequereꝗ q̃ sortes essꝫ pr̃ platonis: z tñ sortes nõ haberet paternitatẽ. ꝗ ꝗ ꝗ baꝗ: q̃ si sic tũc de⁹ possꝫ influere ad ꝓductõem sortis z platonis sine hoc q̃ influeret ad ꝓductionem paternitatis: ex q̃ ipsa est essentialiter posterior illis duob⁹ extremis: q̃ dato sortes erit pr̃ platonis: ex q̃ ipsum genuit: z tñ in eo nõ erit paternitas. Ad oppositum arguitꝗ: ꝑ regulã generalẽ scoti: q̃ q̃ficunq̃ aliq̃ sunt essentialiter ordinata z realiter distincta: põt de⁹ facere prius sine posteriori: sed ordo nature est ordo essentialis vt patuit in p̃mo nõbili: q̃ oẽ naturaliter pri⁹ realiter distinctum a suo posteriori potest fieri sine suo posteriori. Ad dubiũ respõdeꝗ per vnã distinctionem z vnũ dictũ. Distinctio est hec: Duplex est ordo essentialis. Quidã est necessarius necessitate finꝫ dicta: z iste ꝑ nullã potẽtiã ꝓmutari põt. sicut ordo relatõis ad fundamentũ. nõ enim posset de⁹ relationẽ producere sine suo fundamento: lꝫ bene ecõtra. Alij⁹ est ordo essentialis: qui est necessari⁹ necessitate nõ simpliciter: sed f^m^ qd: z talis ordo lꝫ a natura ꝓmutari nõ possit: tñ posset de⁹ talem ordinem cõmutare: z talis est ordo substantie ad accñs. Nã lꝫ natura nõ posset accñs producere sine subiecto. hoc tñ posset de⁹. Et de vtroq̃ posset assignari tale ex m^m^: Nam ordo qui est act⁹ fantasiandi ad actũ intelligendi est essentialis z necessari⁹ solũ f^m^ qd: q̃ solũ est necessarius ꝑ isto statu. Posset enim deus facere sortẽ intelligere sine quocũq̃ actu preuio fantasie. Sed act⁹ intelligendi ad actũ volendi est ordo essentialis z finꝫ necessarius. Nam impossibile est actũ diligendi vel volendi esse sine actu intelligẽdi ꝓuo. Dictũ ẽ istud: Omne naturaliter pri⁹: realiter distinctũ a suo posteriori: põt ꝑ diuinã potentiã fieri sine posteriori. Patet: q̃ oẽ agens q̃ ꝗ̃tũ est ex se contingenter agit: nec in agendo põt ab aliquo necessitari: si habeat virtutẽ ꝓductiuã duoꝫ realiter distinctorum vno illoꝫ producto põt cessare a productione scõi: quo dato erit pri⁹ posteriori nondum producto: sed de⁹ est huiusmodi q̃ z̃c. Ad rões factas in oppositũ. Ad ꝑmã dr: q̃ nõ est icõueniẽs oẽs ptes simul vniri: q̃ tñ ꝓpositũ nõ resultabit. Nã sicut angel⁹ potest vniri corpori sic motor mobili: z tñ ex corpore z angelo nõ resultat vnũ totũ cõpositũ. Sic z posset aia coniũgi corpori: nõ quidẽ ꝑ modũ informãtis corp⁹: sed solũ sicut motor mobili: et tũc ex corpore z aia non resultabit vnũ totũ. Ad scõam dicit q̃ accidentis ad subiectũ nõ ẽ essentialis ordo necessari⁹ simpliciter: ideo põt de⁹ conseruare accidentia in sacramento altaris sine subiecto. Vel posset dici q̃ ordo essentialis inter accñs z subiectũ debet attendi ex parte inherentie aptitudinalis: nõ autẽ ex pte iherentie actualis: q̃ accidentis ꝓsiderati q̃ ꝗ̃tũ: ad actualẽ inherentiã ad subiectũ est ordo f^m^ qd: ideo põt talis ordo cõmutari. Ad 2^m^ dicit: q̃ nõ est inconueniens deũ influere in fundamentũ relatõis: nõ influendo in ipsam relatõnẽ: si fundamẽtũ sit realiter distinctũ a relatione: z sic poterit de⁹ facere q̃ sortes z plato sint: z tñ in sorte nõ erit paternitas: nec in platone filiatio: saltẽ actualis z formalis: sꝫ tñ fundamentalis: que nõ realiter distinguitꝗ a suo fundamẽto.

Rationes ante oppositũ soluuntur ex primo notabili. Et hec de questione z ꝑ consequens de toto libro predicabiliũ porphirij z̃c.

Liber

Circa initiū libri predicamentorum arestotilis queritur primo Utrum decē pdicamētis sit aliqō cōmune vniuocū intētionale: qō sit sbiectum in libro pdicamentorum. Et videtur q non. quia nihil est prius primo sed decem pdicamēta dicūtur decē prima pncipia ergo ipsis nihil est cōmune vniuocū p. Secūdo arguitur contra secundā ptem. quia sbiectū debet virtualiter pūtinere oēs veritates seu passiones demōstrabiles in illa scientia. sz in libro predicamentorum ostendūtur multe passiones reales de predicamētis: q passiones nō possunt contineri virtualiter in aliqua secūda intentione q nulla intentio secūda potest esse sbiectum in libro predicamētorum. B 02 patz q: nullū pfectius continetur virtualiter in imperfectiore: cū continētia virtualis sit continentia causalitatis. modo ens reale ē perfectior ente rationis ergo nulla pprietas realis continet virtualiter in aliqua secunda intentione q est ens rationis. Tertio arguitur q aliqua vox sit sbiectum. quia scientia capit de nomiatōe a suo sbiecto sed ista sciētia de nomiatur sermotionalis ergo cōsiderat de sermone siue de voce significatiua: et non nisi tanq̄ de sbiecto ergo aliqua vox significatiua erit sbiectū. In oppositum arguit q: scientia capit denomiationem obiectiuam a suo sbiecto sz ista sciētia denomiatur obiectiue rationalis ergo eius obiectum est aliquod ens rationis.

Sciendum primo q pro declaratione terminorū premittūtur due distinctiones. Prima q predicamētum seu genus generalissimū potest capi duplicit. Uno mō pro supmo genere alicuius cordinatōis. Secundo modo potest capi pro ipsa tota cordinatione. vnde porphirius capitulo de spetie in illa parte planū est autem ꝛc dicit q in aliq genere predicamentali extrema habent vna habitudinem tantū: vt puta supremū genus habz tantum habitudinem ad inferiora. et infima species habet tantum habitudinem ad superiora. Inter media vero habent vtrasqz habitudines. huiusmodi autem habitudines simul sumpte dicūtur facere vnam cordinationem: ita q in pposito per cordinationē debemus intelligere istas habitudines simul sūptas. Secunda distinctio q decē pdicamēta possunt triplicitez considerari. Uno modo fm suas precisas quittates ꝛ tunc per se cōsiderantur a methaphisico ꝛ per accidens vero a logico tanq̄ existentia fundamenta remota intentionū secundarū. Secundo considerāt inquantū habent esse obiectīm in intellectu: et sic considerantur a logico tanq̄ existentia fundamenta ppinqua ꝛ p se secundarum intentionū. Tertio possunt capi prout ipsis cognitis attribuuntur q̄dam proprietates intentionales ab intellectu: et sic cadunt sub pn̄ consideratione logice.

Sciendum secundo q istius scientie quidam dicunt ens dicibile icōplexū ordiabile in gne f m sb et sup esse sbiectū. Sz hec oppinio videtur minus suffitiens. quare sic potest ūnprobari. quia tunc sequeretur q ista scientia esset alicuius entis p accidens. vl q illud sbiectum esset nugatorium. ꝛsequētia pro prima parte patet: quia f m sic oppinātes dicibile capitur in proposito put tantum valz sicut per vocem significabile: sz accidit sbiecto huius sciētie significari p vocem ergo de sbiecto huius scientie habebitur sciētia sub ratione accidentali eius. B 02 patet quia (vt latius patebit) ista scientia est rationalis cuius pmum subiectum formale erit aliqō ens rationis pmune vniuocum decē pdicaments: cui accidit significari per vocem ergo ꝛc. Secūdo probatur consequētia pro secūda pte. quia si capitur dicibile pro predicabili tunc ē nugatio sibi addendo illud totū scilicz incomplexū ordinabile in genere fm sub ꝛ supra. quia oē predicabile fm q hic intendit arestotiles de predicabili est quid incomplexum habēs de sua ratione ordinē supiorīs et inferiorīs q̄ ꝛc.

Sciendū tertio q aliter potest assignari sbiectum huius scientie ponēdo q aliqō intentionale cōmune vniuocū decem predicamentis: ab intellectu operāte causatū: qō potest nominari hoc nomie generalissimū vel pdicamētū sit sbiectū. Nec obstat q quidā dicit vniuersale sub ratione ordinabilis esse subiectū. q: vel tale accipitur pro aggregato

Primo opmo

Secunda opmo est

et vniuersali ⁊ ordinabilitate: ⁊ tūc est ens p accñs: ⁊ per ꝓñs non pōt esse subiectū alicui⁹ scie. Vel capit pro ipso vl'r contracto per rationē ordinabilitatis: ⁊ sic habet propositū: q̄ ipsa ordinabilitas nō est aliud q̄z quedā ordinatio que expressi⁹ ſignificat per ꝑ nomē generalissimū vel predicamētū q̄z per ꝑ aggregatū vl'e ordinabile vel sub rōne ordinabilitatis. Et si obiciat q̄ nullū accidētale denoiatiuū dicit vniuoce de his respectu quoꝝ ē accidentale: sed oīs intentio ⁊ⁿ concretiue designata est accidētalis denoiatiua respectu prime intentionis: g̃ nulla intētio ⁊ⁿ est cōis vniuoca respectu primarū intentionū. ⁊ per ꝓñs decē predicamētis nō est aliquod intētionale cōe vniuocū. Respondet q̄ licet illud intentionale cōe nō sit vniuocū sed denoiatiuū respectu decē pdicamētoꝝ ꝓmo mō aut ⁊⁰⁰ cōsideratoꝝ: capiendo tñ ⁊⁰⁰ (puta ⁊ᶜʳ ⁊ formaliter) eis est aliquod cōe vniuocuz ⁊ vniuoce dictū. Quod patz: q̄ substātia est generalissimū: ⁊ quātitas est generalissimū ⁊ sic de alijs pdicamentis. ⁊ q̄dlibet hz spēs sub se: et non aliud gen⁹ superueniēs g̃ genus generalissimū dicitur de decē pdicamētis ſ̄ᵐ idē nomen ⁊ eandem rōnez g̃ vniuoce. Aliter pōt dici q̄ aliud ē dicere aliqd̄ vniuocū pdicari de multis: ⁊ esse vniuocū predicatū. i. vniuoce pdicari de multis. q̄ denoiatiuū vtputa albū qd̄ in se est vniuocū pdicat de multis: nō tñ vniuoce sed denoiatiē. Ita in ꝓposito aliqd̄ est intentionale qd̄ in se est vniuocū decē predicamentis: ⁊ pdicat de ipsis: non quidē vniuoce: sed denoiatiue.

Conclusio responsalis: de decē pdicamentis est aliqd̄ cōe intētionale vniuocū: qd̄ est subiectuz hui⁹ libri. Et pōt vocari hoc noīe pdicamentū vel generalissimū: Hec conclusio pbat: q̄ p rōnem formalē generalissimi vel pdicamenti demonstrantur passiones cōes p se de pdicamentis g̃ ipsum est sbiectū. Ꝓñs patet: q̄ illa passio que est pdicari vniuoce de suis inferiorib⁹: ⁊ similiter iste passiones q̄ sunt diuidi in spēs vlterius diuisibiles in alias: ⁊ etiam nihil habere supra se qd̄ ad ipsum descēdat p diuisionē: demonstrant de decē pdicamentis p rōnē generalissimi vl'r pdicamēti g̃ ⁊c.

Dubitatur primo vtrum scientia libri predicamentorū sit sermotionalis. Et videtur q̄ sic: q̄ illa scia est sermotionalis que considerat de vocibus ⁊ terminis. scia libri predicamentoꝝ ē huiusmodi g̃ ⁊c. Sed p

batur autoritatib⁹ ⁊ rōne. Prima autoritas ē damasceni in sua logica cap⁰ vicesimosecūdo Oportet inquit cog̃scere q̄ decē sunt oia predicamēta. i. generalissima sub quib⁹ refertur ois vox simpliciter dicta. est autē sbstantia. vt lapis hō ⁊c. Secda est boetij sic dicētis: Liber pdicamentoꝝ est de decē vocibus decē reruz genera significantibus. Tertia est arestotilis: In ꝓncipio scdi tractatus huius libri q̄ sic inquit. Eoꝝ que ſ̄ᵐ nullā complexionē dicuntur singl'm ant ſ̄ᵗ substantiā aut qualitatē aut q̄ntitatem ⁊c. Sed significare est passio vocis vt volunt g̃maᵗ. relinquitur g̃ q̄ ista scia est de vocib⁹ ⁊ terminis. Secdo pbatur dicta minor rōe sic: q̄ liber pdicamentoꝝ cū libris sibi adminiculantib⁹ considerat de mō sciendi diffinitiuo ⁊ diuisiuo. nō q̄ doceat formā diffiniendi aut diuidendi: sed q̄ docz materialia diffinitionis ⁊ diuisionis: q̄ sunt termini simplices: vtputa gen⁹. spēs. ⁊ differētia ⁊ huiusmodi: et quib⁹ cōstituunt diffinitiōes ⁊ diuisiones g̃ ista scia est de terminis simplicib⁹. In oppositum ē auicēna volens logicaz ē de secundis intētionib⁹ adiunctis primis. Itez rōne lic. subiectū hui⁹ scientie est per se ps integralis subiecti libri pyar⁹: sicut subiectū libri pyar⁹ est p se pars subiecti libri poꝝ: qd̄ est syllogism⁹. sed passiōes per se syllogismi cōueniunt syl^mo nulla voce existēte: ꝓsimiliter ⁊ passiones per se enūtiatiōis cōueniūt enūtiationi in illa prioritate q̄ enūtiatio prior ē voce g̃ etiā passiones p se subiecti huius scie vere poterūt demōstrari d̄ illo sbiecto in illa prioritate q̄ pscindit a voce: ⁊ per ꝓñs subiectū hui⁹ libri erit pri⁹ natura voce significatiua. Pro solutōe tñ autoritatū pmittit due distictiōes. Prima est q̄ duᵏ ē significatio. Quedā est q̄ attribuitur signo ſ̄ᵗᵗ ab institutōne volūtaria ⁊ talis significatio ꝓmo ꝓuenit vocib⁹: ⁊ p voces ꝓuenit scripturis: cōceptibus d̄o minime. Alia est significatio attributa signo repesentatiuo nō per quācunq̄z impositiōez factā circa illud signū: sed q̄ ipsum est naturaliter repesentatiuū ⁊ sig^m naturale sui ſ̄ᵗ: ⁊ huiusmodi significatio ꝓmo ꝓuenit cōceptib⁹ ⁊ passionib⁹ aie: naturaliter res ipsas repesentantibus: in habitudine ad q̄s cōceptus voces ⁊ scripture imponunt ad significandū. Secunda distinctio est boetij in cōmento sup libū predicamentorū: q̄ voces significatie pñt dupliciter cōsi^rᵗ. Uno modo vt sunt imposite ad significandū. ⁊ sic cōsiderantur a logico: q̄ p rebus vocib⁹ vtitur: vt vult arestotiles ꝓmo elencoꝝ: qui dicit. Nam qm̄ nō est p ipas res

Tertia opmo est

Con⁰

disputare ferentes eas ad disputationes: ſz no minib⁹ pro rebus vtimur nomis. z qd accidit i noib⁹: in reb⁹ quoqz arbitramur accidere: vel ud in cōpositis rōcinantibus. Alio mō ꝓsiderant voces significatie vt ipsis significantib⁹ insūt ꝓpietates causate ab intellectu: cuiusmodi sunt modi ſ^mod^: z de hijs vt sic considerat ḡmatic⁹. Et p hoc ptz quid sit dicenduz ad rōnes aſi oppositū factas. Nā logicus ꝓsiderat vocē significatiū ā solū vt est repꝛesentatiua rei. Vel pōt dici q autoritates date p verbū actiuū debēt exponi per verbū passiuū. Et si dicat q inter voces nō ē ordo prioris z posterioris essentialiter. Dicit q licet ipsarū vocū absolute sumptarū nō sit ordo poris z posterioris: ipsarū tm ꝓsideratarū p habitudinez ad res q̄s repꝛesentant: est ꝓsit'is ordo sicut in reb⁹ repsentatis: ita q ordo in vocibus: si quē ponerem⁹: debet poni rōne rerū significatarū in quib⁹ veraciter talis ordo reperit.

Dubitatur secundo vtrū scientia libri pdicamentorū sit realis vel rōnalis.

Et videt q sit realis. qꝛ in B libro demonstrātur passiones de pdicamentis ſ^m^ suū esse reale ergo ista scia erit de rebus. In oppositū arguit. qꝛ sicut est aliq̄ scia que cōsiderat p se de reb⁹: cuiusmodi ē metha^ca^: z alie scie reales: z est aliq̄ scia que per se ꝓsiderat de vocibus sicut ḡmatica z retborica. Ita oportz esse aliquā sciam que per se cōsiderat de cōceptu medio inter rē z vocē z illa est logica ḡ logica nō considerat de rebus. Etsi queritur quid dz hic intelligi p cōceptuz. Respondet q hic nō capit cōceptus p spē intellectuali vel actu intelligēdi: sed capit p eo qd formaliter terminat actū compatiuū intellect⁹: p quē actum causat ille cōceptus in obiecto cognito. Et p intellectu rōnis adducte i oppositū: est aduertendū q exā logic⁹ ꝓsiderat p se intentiones scōas: nō abstractie: sed ꝓcretiue B est in habitudine ad res subiectas: ō ex cōsequenti et per accīs logic⁹ considerat res ipsas. Qd ptz p per arestotilē in pmo phicorū vbi vult q quiqz habet ꝓsiderare sanitatē in vrina habet etiā ꝓsiderare vrinā vt est subiectuz sanitatis. Itē idem arestotiles z⁰ phicorū dicit q quicūqz bz ꝓsiderare formaz habet cōsiderare materiā vsqz ad quid est. li ḡ logic⁹ cōsiderat intentiones scōas in concreto significatas: z vt denotant res: sequit etiā q considerat res. Et ſ^m^ hoc pōt responderi ad rōnē factā in oppositū. q licet in B libro enumerent alique passiones reales: nō tm enumerant vt per se pertinentes ad hāc sciam: sed tm per accīs. vt scilz fundamēta valentia ad notificationez quarūdā passionū intentionaliū: de quib⁹ pncipaliter cōsiderat in hac scia.

Dubitatur tertio vtrū scientia libri predicamentorū sit ſbalterna respectu scie libri predicabiliū.

Et videt q sic. qꝛ subiectū hui⁹ libri cōtrahit subiectū libri pdicabi^m^ ḡ ista scia subalterna scie libri pdicabiliū. Antecedēs ptz. qꝛ subiectū pdicabi^m^ ē vniuersale: z subiectū hui⁹ libri est vl'e ordinabile siue pdicamentū qd idē est ḡ zc. Ad dubiū respondetur negatiue. Et ad rōnē dicitur q ad subalternatiōez nō sufficit subiectū ꝗbi ad subiectū alteri⁹: sed regritur q subiectum subalternantis ꝗbatur per dram accītalem: Hoc autē nō ē B. Etsi dicat ordiabilitas est passio vniuersalis: z extra conceptū formalē ei⁹: ḡ ordinabilitas est dra accidentalis respectu ipsius vl'is: z p ꝓsis ista scia ē subalterna scie pdicabiliū. Respōdetur q ordinabilitas est quidaz respect⁹ fundamentalis. mō respect⁹ fundamentales nō dicūt aliquā rōnē formalem extra rōnē sui fundamēti.

Ad rationes ante oppositū.

Ad primā dicitur q pdicamēta prime^cr^ sūpta bū habent aliqd prius. ideo nō dicunt simpliciter prima sed pma genera. de q̄ alias. In pſenti aūt dicitur q ſz pdicamenta z^cr^ sūpta ſ^m^ se nō habēt aliquid pri⁹ eis: tm si ꝓsiderātur p habitudines ad passiones intentionales demōstrabiles de ipsis habēt aliquid intentiōale p⁹ eis: vt p⁹ ^a^ ptēbit. Ad z^am^ patuit qd sit dicendū in z⁰ dubio. vel pōt dici q huiusmodi passiones seu ꝓpietates reales debēt exponi z^er^. Ad tertiā patz solutio ex pmo dubio. vltra tm dicit q etsi logica aliq̄ mō sit scientia sermo^lis^: vt videtur ex interpratōe tiois: qꝛ dicit logica a logos qd ē sermo. hoc tm solū est ꝓpter ꝓuenientiā quaz habet cōceptus de q̄ est logica cū sermone. Nā conceptus est imediatū significatū p vocē. Similiter passiones cōceptus cuiusmodi sunt cōplexio: incōplexio: significare verū: significare falsum: conueniūt etiam voci significatiue.

Queritur secūdo vtrum decē predicamentorū sint tm tres modi predicādi simplices. Et arguitur q sint pautiores. qꝛ inter cōtradictoria nō est dare mediuz. ſz vniuocū z equiuocū stant sub extremis ꝗdictiōis ḡ inter ea nō est mediuz: z p ꝓsis tm crūt duo modi pdicandi simplices. ſ. modus pdicandi equiuoc⁹: z modus pdicandi vniuoc⁹. A^qz^ relinquit nota ex arestotile in isto libro capl'o

de oppositis. Et in ꝑmo posteriorꝫ vbi dicit q̃ contradictio est oppositio cuius ꝑ ᵐ se non est dare mediū. Bᵒ² declarat q̃ ratio equoci est non habere eandē rationē: ratio vero vniuoci est habere eandem rationē. mō habere ieādē rationē et nō habere eandē rationē ꝓdicunt g̃ etc. Secūdo ꝓbat q̃ sint plures. quia q̃libꝫ ꝑdicamētum hꝫ vnum ꝓprium modū ꝑdicandi simplicē ab alijs distinctū. sꝫ decē sunt ꝑdicamenta g̃ decē erunt modi ꝑdicandi simplices. In oppositū arguit autoritate arestotilis qui tantū ponit tres modos ꝑdicādi.

Sciendū primo q̃ pro declaratione termiorū ꝑmittunt due suppositōnes

Prima q̃ in q̃libet ꝑdicamēto tria sunt ꝑncipaliter ꝓsiderāda scilicꝫ modus predicandi: ꝛᵒ conditio et substantia eius: tertio ordo ipsius ꝑdicamēti. Ideo grata ist iᵒ in ꝑncipio istius libri determiat arestotiles de qbusdā valētibᵒ ad cognitionē istorꝫ triū in ꝑdicamēto reptorꝫ: et talia vulgo .i. ꝛmuni nomie solēt vocari aīi predicamēta. q̃ sunt tria in genere. Primū est diffinitio: q̃ cōfert ad cōgnitionē modi ꝑdicādi cuiuslibet predicamēti. Secūdum ē diuisio q̃ valet ad ꝓgnitōez cōditōnis et sbstantie sbiciibiliū et ꝑdicabiliū in predicamētis reptorū. et tertiū est regula q̃ valet ad ꝓgnitionē ordis ponibiliū in predicamētis. Secūda suppositio q̃ ꝑmū antepredicamētū (q̃ō est dio) ē tripler ꝑ ᵐ q̃ tres sunt diffinitōes scilicꝫ equocorꝫ: vniuocorꝫ: et denoiatiuorꝫ. q̃ sic abinuicē distinguunt. q̃ dio vniuocorꝫ valet ad ꝓgnoscendū modū ꝑdicandi supiorꝫ alicuᵒ gēris predicamentalis de suis inferioribus. Et quia vniuocū et equocū opponūtur: ꝛ vnū oppositū confert ad notitiam alteriᵒ: ideo ꝓponit diffinitio equocorꝫ ꝓpter maiorē notificationē diffinitōis vniuocorꝫ Tertia diffinitio ē denotiorꝫ q̃ valet ad cognoscendū modū predicandi accidentiū de substātia: qui ē denoiatiuᵒ. Preterea supponit q̃ differētia est inter ꝑdicatū vniuocū ꝛ modū predicandi vniuocū. q̃ ad B q̃ aliq̃ ꝑdicatū sit vniuocum sufficit q̃ habeat vnū nomē cōe: ꝛ vnā rōnē eandez fm illud nomē: siue illa rō fuerit essentialis subiecto siue accītalis. sed ad modū ꝑdicandi vniuocum requirit q̃ ꝑdicatū habeat vnū nomē cōe: ꝛ vnā rōnē eēntialem respectu subiecti.

Sciendū secundo: q̃ iste est liber predicamentorꝫ in q̃ arestotiles intendit principaliter determinare de ꝑdicamentis.

Et continet tres tractatᵒ Jn ꝑᵒ determiat de quibusdā aficedētibᵒ cognitionē predicamētorꝫ: q̃ cōi noie afip̃ predicamēta dicūtur. Et iste tractatus cōtinet tria caᵗᵃ. Jn quorꝫ primo determinat de quibusdā aīibus cognitionē ꝑdicamentorꝫ q̃tū ad modū ꝑdicādi. Et illud capitulū ꝓtinet tres ꝑtes. Jn quarū prima ꝑmittit dionē equiuocorꝫ dicens: Equiuoca dicunt quorꝫ solū nomē est cōe ꝛ fm illud nomen rō substantie est diuersa. vt aial est equiuocum ad aial viuū ꝛ aial quod ōpīgit. q̃ illorꝫ solus nomē est cōe sed rō illiᵒ nois fm qēlibet illorū est diuersa. Hāc vltimā particulā ꝓbat. q̃ si qs intendat diffinire aial viuū ꝛ aial pictū inq̃tū sunt aialia: ipse cuilibet illorꝫ attribuet aliā ꝛ aliam dionē. Jn scōa parte huius capituli ponit dionez vniuocorꝫ que talis est. Vniuoca dicunt quorꝫ nomē est cōe: ꝛ fm illud nomē rō substātie est eadez. vt aial ē vniuocū ad boiem ꝛ bouē. q̃ō ꝓbat. q̃ boi et boui B nomen aial est cōe: ꝛ rō eius est eadē. Et hāc vltimā particulam ꝓbat. q̃ si qs velit diffinire boiez ꝛ bouē inq̃tū sunt aialia: assignabit eandē rōnē. Jn tertia particula ponit dionē dentiorꝫ dicens: dentia dicunt quecū q̃ ab aliquo solo casu differūt: ꝛ fm illud nomen habēt appellationē. vt a gramatica dicitur gramaticᵒ: ꝛ fortis denoiat a fortitudie.

Sciendū tertio q̃ iuxta hūc textū incidūt tres difficultates.

Prima est. quid est equocatio. Ad quā respōdet premittendo vnā distinctionē que est hec. Significatio est duplex. quedā est significatio actiua: ꝛ est relatio vocis ad significatū. Alia ē significatio passiua: que ē relatio significati ad vocē. Et fm hoc dicitur q̃ cū equiuocatio sit q̃dā significatio ipsa ē etiā duplex. Nā quedā est equocatio actiua. ꝛ ista est quedam relatio supapositionis vocis tāq̃ signi ad plura significata. Alia est equocatio passiua. ꝛ illa est q̃dā relatio suppositiōis equocatorū ad vocem equiuocantē. Et preter Illas duas est vna alia equocatio ueutralis: q̃ est quedā relatio equipantie vniᵒ equiuocati ad reliquū. vt canis latrabilis nō solū dicit esse equiuocū equocatū respectu huiᵒ vocis equiuoce canis: sed etiaz respectu huius equiuocati piscis marinᵒ: aut sydus celeste. Et ex illo ꝑt cā quare arestotiles diffiniuit equoca equiuocata ī plurali numero. Nā fm arestotilē qnto metha ᶜᶜ. relatiua equipantie: sicut sunt filia. dissilia: ꝛ huiᵒ modi: debēt diffiniri in plurali numero. Sed equoca equiuocata sūt relatiua equipantie vt patuit g̃ ꝛc. Et sicut dictū est de equiuocatiōe: ita pōt distingui de vniuocatiōe. Scōa difficultas. vtꝫ diffinitio equocorꝫ sit quittatiua

ad quā rñdet q̃ sic : Data tñ p additamentū. Quod ptz. qz diffinitio respectiui data p fundamētum et terminū est qtitatiua p additamentum. ista ē hoc modi ꝛc. Bo. ptz qz in dioe equocoꝝ ponit ista dictio dicūtur vt tantū vaz sic ꝛcipiunt vel sūt ꝛcepta : p qd daf intelligi fundamētum equocatois passiue : q̃ fundatur in ipsis equocatis cōceptis. Scdo ponitur in dioe solū nomē est cōmune : p qd daf intelligi termin' illi' relatiōis. Ex quo patet q̃ dio equocoꝝ sic debet intelligi. Equoca dicunt. i. sunt ꝛcepta: ōrum cōceptoꝝ sola vox est cōis : et cōcept' essentialis illoꝝ cōceptoꝝ acceptus f m illam voce est diuers'. Et cōsimiliter possz exponi dio vniuocoꝝ. Tertia difficultas. quid est pdicatio dentia. Ad q̃ respōdet pmittēdo duas distinctiōes. Prima est. Qz duplex est pdicatio scz essentialis: c' pdicatū ē tota eēna subiecti: vel ps essentie. Alia est pdicatio accidentalis: c' pdicatū est extra cōceptū essentialez subiecti. Secūda distinctio. Predicatio essentialis est duplex. q̃dam est c' extrema sūt abstracta vltimata abstractōe: cuiusmodi est abstractō nature a supoitis. vt est ista egnitas est equinitas. et ilta tenet pmū gradū pdicationis qtitatie. Alia est predicatio essentialis cuius extrema sūt aliq̃liter concreta : cōcretōe scilz ad suppositū: cuiusmōi est ista: hō est al'. Tūc dr q̃ pdicatō dentia est predictō accidētalis alicuius cōcreti vel adiecti deco respectu cuius adiacēter significat. vt est ista hō ē alb'. Et fm hoc potest sic intelligi dio dentioꝝ. Denomiatiua dicūtur esse noia concreta q̃ a suis abstractis differūt in solo mō significādi : qui est significare p modū adiacentis: et fm illud nomē adiectiuū hñt virtutē denomiandi seu dentie pdicādi de subiecto.

Conclusio respōsalis : etsi/

cē predicatum sit equocū vl' vniuocū : tres sūt tamē mōi pdicādi essentialiē abinuicē distincti Prima ps patuit in pmo argumēto ante oppositū. z ps pbaf. qz omne pdicatū vel haz candē rōnem respectu eoꝝ de qbus pdicaf vl' nō: Si secūdū sic est mod' pdicādi equocus : Si pmū hoc est du r: qz vel illa rō est essentialis subiecto: et sic est mod' pdicādi vniuoc': vel est extranea et accidētalis subiecto: et sic ē modus predicādi denomiatiuus.

Dubitatur primo vtrum in

aliquo sensu possit ista ꝛcedi equocū est vniuocū vel econtra. Pro solutōe pmittūtur due distinctōes. Prima est q̃ duplex est equocū quoddā est equocū equocās. aliud est equocū equocatū. Secunda distinctio. tam equocū equocans q̃ equocū equocatū pñt du r capi. Uno mō pmeintētiōalit. Alio mō z cr. et hoc mō aduc du r. qz vel pñt capi vtqd vl' vt mō. B suppōsito rñdet p tres ꝓpositiōes. Pria est Equoca equocata pmeintētiōnalit sumpta sūt vni ca vni ta p cr sumpta. patet qz piscis marinus: sidus celeste: et canis latrabilis sunt e ca equocata respectu hō nois canis. et sunt etiā vniuoca vniuocata respectu hō gñis corp' vel substantia. z ꝓpositio equocata scōeintētionalit sumpta: sunt vni ca vni ta scōeintētiōaliter sumpta: et hoc capiēdo equoca vt quid et vni ca vt mod'. patet qz equoca equocata vniuocātur in hoc noie cōi equoca equocata. Tertia ꝓpositio capiēdo vni ca et e ca scōcintentionalit z vtrūq̃z vt quid vel vtrūq̃z vt mō hec est falsa: equoca e ta sūt vni ca vniuocata ptz qz equoca z vni ca sunt due intentōes speciuoce distincte q̃ neutra pt verificari de alia. Et ꝓformit pñt formari tres ꝓpositiōnes de equocis equocātib' sic formate sunt de equiuocis equocatis.

Dubitatur secundo vtrū ali/

qua pdicatio dentia sit vni ca. Rñdet p vnam distictioz et quiqz ꝓpositōes. Distinctio ē hoc q̃ pdicatio dentia est tri z. vna est q̃ sumitur a posteriozi essentialiter: vtputa ab accñte: et B mō ista est dentia hō est iust'. Alia ē pdicatio dentia q̃ sumit ab aliquo pozi eēna r: qd tamē nō est de cōceptu formali p'teriozis. et hoc gen' pdicaf dentie de ōra. Et hl' scōm franciscū de maronis ens pdicaf dentie de decez gñibus et de per se cōtentis in illis. z a ē pdicatō dentia q̃ accipit ab aliq̃ pozi eēnalit qd tamē est ps ꝛcept' formalis sui in ferioris. et B mō gen' z ōra pdicātur dentie de spē quā ꝛstituūt. Prima ꝓpositio sit hec. Nulla pdicatio eēnalis c' extrema sunt abstracta vltimata abstractōe est aliq̃ mō dentia. pr z qz ad oez pdicatōez dentiam regrit pdicatū significare cū q̃dā ꝛcretōe ad subiectu: sicut daf intelligi per ista pticula appellatōez. mō in tali predicatōe nulla est ꝛcretio q̃ ꝛc. a ꝓpositio. nulla talis predicatō vltiate abstractoꝝ i creatis est ba p ydēptitatē : z omnis talis ē formalis. ptz quia in omni tali pdicatione denotant extrēa esse ōimode eadem: et nullo mō distincta. In diuinis vero tales predicatōes pñt esse vere p ydēptitatē: licz nō sint formales: et hoc ē ꝓpt infinitatē per quā oia attributa in deo realiter ydēptificātur cū deo. Ex quo elicitur talis regula scōistica. oīs ꝓpositio vltiate abstractoꝝ

ctuius ambo extrema sunt infinita: vel alterū tantū est infinitū: licet non sit formalis: est tm̄ vera p ydēptitatē. vez tamē quidā dicūt q̄ liz in p̄dicamētis nulla talis p̄dicatio repiat vera nisi formalīt: tamē in transcēdētib⁹ ꝓpter ambitū sue ꝓmunitatis tales p̄dicatōes de vltiate abstractis facte possunt esse vere per ydēptitatem. patet qꝫ ratio entis vltiata abstractiōe abstracta: vtiet posse dici de oibus rōnibus quittitatiuis: eo q̄ omnes rōnes qtitatīe sunt q̄dam entitates: nisi fiat abstractio p scōasintentōes. vt cū dicitur quittitas boīs est qtitas entis: vel ratio formalis huāitatis ē ratio formalis entitatis. tales enī ꝓpositōes sunt false Tertia propositio oīs p̄dicatō essentialis in q̄ scilicz p̄dicatū est ps eēntie subiecti est dentia 5 ⁰⁰. patet qꝫ omnis pars cū non sit oīode eadē cū suo toto p̄dicat dentie et ꝓcretie de illo. iō generaliter qōcunqz supi⁹ essantiale et quittitatiuū: cum sit pars cōcepti⁹ formalis sui inferiōris p̄dicat de illo dentie 4 ⁱ propositio. ꝓpositōes dentie z ⁰ et tertio mōis sunt vniuoce. Prima ps patet qꝫ in talib⁹ p̄dicatuz est essentialiē pus z vniuocū respectu subiecti. za pars ptz qꝫ in talibus ratio p̄dicati includitur in rōe sbiecti. et ideo p̄dicatōes dentie tertio ⁰ cū hoc q̄ sūt vniuoce et essentiales: sunt etiā quittitatīe: sz p̄dicatiōes dentie z ⁰⁰: licet sint eēnales: non tamē qtitatīe: cū qtitas p̄dicati nō ptineat in qtitate subiecti. Quīta propositio nulla p̄dicatō dentia p̄mo mō ē vniuoca patet qꝫ in tali p̄dicatōe predicatū ē quod ⁱ accēs posteri⁹ subiecto. ideo nulla talis ē eēntialis: et per ꝓsequēs nec vniuoca.

Dubitatur tertio. vtrū terminus equoc⁹ significet sua significata copulatiue vl' disiuctiue. Ad q̄ rndetur fm egidiū de roma in ꝓmento sup p̄mo elencorū q̄ termin⁹ equoc⁹ potest dupliciter ꝓparari ad sua significata: vno mō vt per impositiōez ea importat. et sic significat ea copulatīe. Nō q̄ in sua significatōe copulatōez importet. sz ꝓpt sititudinē quā habet ad copulatōez. Alio mō potest ꝓparari ad sua significata vt per intellectū ad ipsa referr. z sic significat ea disiuctīe. nō etiā q̄ in sua significatōe disiuctōez importet: sz propter similitudiez quā hz cū disiuctōe

Ad rationes ante oppositū.

Ad p̄mā dicitur q̄ bene cōcludit pro p̄ma pte ꝓclusionis respōsalis: scilicz q̄ omne p̄dicatū est vel equocū vel vniuocū: cū hoc tamen stat q̄ tres sunt modi p̄dicādi eēnaliter distincti vt patuit. Ad scōaz concedit q̄ in spēali plures sunt modi p̄dicādi trib⁹: Isti tamē omnes cōtinēt sub predictis tribus.

Queritur tertio vtrum due diuisiōes: et due regule ante predicamētales fint in textu sufficiēt assignate. Et arguit p̄mo contra p̄mā diuisionē. qꝫ corp⁹ aiatū nec dicit cū ꝓplexiōe nec sine ꝓplexiōe. ḡ diuisio est insufficiēs. Ad̄is patz pro p̄ma pte qꝫ corp⁹ aiatum ponit in recta linea p̄dicamētali. mō nullū ꝓplexū ponit in predicamēto vt inferi⁹ patebit ḡ zc. za pars patet qꝫ ꝓtinet plures voces significatiuas ḡ nō est vox inꝓplexa. Secūdo arguit cōtra secūdā diuisionē qꝫ dici de subiecto est predicari noīe et ratōe: et esse in sbiecto ē p̄dicari noīe: vt postea patebit. sz impossibile est aliqō idē p̄dicari noīe et ratōe: et tm̄ nō predicari noīe. ḡ male dꝫ alia quidē de sbiecto dicūtur: in sbiecto vero nullo sūt. Tertio arguit cōtra p̄mā regulā qꝫ nō se ² ysocheles est triāgul⁹: et triāgul⁹ prio hz tres ḡ ysocheles p̄mo habet tres. qꝫ due prie sunt vere: et ꝓclusio est falsa: et tamē arguit ꝓprimā regulā ḡ zc. Quarto ar ² ō scōaz regulaz. qꝫ fi ⁱ est spēs q̄ntitatis: et etiā est spēs q̄li ⁱⁱⁱ. ḡ regula est in sufficiēs. Jn oppositū est arestotiles in textu.

Sciendū primo qꝫ prima diuisio valz ad ꝓgnoscēdū ꝓditōnē eoꝫ q̄ per se reponūtur in predicamēto: q̄ quidem cōditio est incōplexio. oportet enīz qōlibet per se reponibile in p̄dicamēto esse inꝓplexū. z⁰ dicit q̄ secūda diuisio valet ad ꝓgnoscēdus sbstantiam seu ꝓpriam entitatē: vel quittitatez reponibilium in predicamēto. oportet enim qōcūqz in predicamēto reponibile: entitatīe ē sbstantiam vel accēs: vniuersale vel particulare q̄ qtuor circūloquntur per suas passiones in secunda diuisione q̄drimēbri. Nam per esse ī q̄ est proprietas accētis circūloquit accidens. et per non esse in circunloquit sbstantia: per dici de vniuersale: z per nō dici de singulare. Tertio dicitur q̄ prima regula valz ad cognoscēdū ordinē eoꝫ q̄ ponūtur in recta linea eiⁿ dem kathegorie. Est enim talis ordo q̄ quid est pri⁹ prioze: est pri⁹ posterioze: zquicquid est superius superioze: est superi⁹ inferioze. et talis ordo pcise significat per primā regulā. Quarto dicit q̄ secūda regula vz ad cognoscendus ordinem eoꝫ q̄ ponūtur in diuersis kathegorijs. Est enim talis habitudo q̄ nihil vnius kathegorie est superius essentiale ad alia alterius kathegorie.

Liber.

Sciendũ secũdo q̃ in hoc se:

cundo capitulo determiat arestotiles de qbus dam aĩtibus ad ꝓgnitionẽ ꝑdicamẽtoꝝ q̃ntũ ad ꝓdirionem et ſbſtantiã eoꝝ. Et ꝓtinet duas ꝑtes. In ꝑma ponit talem diuiſionez dicẽs q̃ eoꝝ q̃ dr̃ q̃dã dr̃ ꝑ ꝓplexionẽ vt hõ curzit. Alia vero ſine ꝓplexiõe vt hõ: curzit: vincit: et ſic de ſimilib⁹ terminis ſimplicib⁹. In ſcõa ꝑte ponit ſecũdam diuiſionẽ dicẽs: Eoꝝ vero q̃ ſunt alia quidẽ dicũtur de ſubiecto: in ſubiecto vero nullo ſunt. vt homo quidez dicitur de ſubiecto: puta de aliq̃ hoie: in ſubiecto vo nullo eſt. Alia autẽ in ſubiecto quidẽ ſunt: de ſubiecto vero nullo dicuntur. Et addit q̃ eſſe in ſubiecto dicitur illud qõ ẽ in aliq̃ non ſicut q̃dam pars eius: ſz impoſſibile eſt ipſum eſſe ſine eo in quo eſt. vt q̃dam ḡmatica eſt in aliq̃ ſbiecto puta in anima: ſz de ſubiecto nullo dr̃. et quoddã album ẽ in ſubiecto puta in corpe quia omnis color eſt in corpe: de ſubiecto vo nullo dicitur. Alia vero et de ſubiecto dicũtur et ſunt in ſubiecto: vt ſcia eſt in quodã ſbiecto puta in anima: et tamẽ dicit de ſubiecto puta de gramatica. Alia vero neqz ſunt in ſubiecto neqz de ſubiecto dicũtur. vt aliqs homo: aliqs bos. nihil enim boꝝ ẽ in ſubiecto: neqz dicit de ſubiecto. Et addit q̃ vniuerſaliter q̃cunqz ſunt indiuidua et numero ſingl'aria de nullo ſubiecto dicũtur: ſz tamẽ nihil ꝓhibet q̃dam coꝝ eſſe in ſubiecto. vt indiuidua de genere accũtis nõ dicũtur de ſubiecto: ſz tñ ſunt in ſbiecto. Lõſequẽter in 3⁹. ca. determinat de qbuſdã aĩcedẽtib⁹ ad ꝓgnitõez ꝑdicamẽtoꝝ q̃ ad ordinẽ ipſoꝝ. Et ꝓtinet duas ꝑtes. In q̃rum ꝑma ponit talẽ regulã. Qñ alterũ ꝑdicatur de altero vt de ſubiecto: q̃cunqz dicitur de eo qõ ꝑdicatur et omnia dicũt de ſbiecto vt homo ꝑdicat de quodã hoie: z aial ꝑdicat de homie. q̃ et aial ꝑdicabit de q̃dã homie. quia q̃dam hõ eſt hõ et aial. In ſecunda ꝑte ponit ſecũdã regulã. q̃ diuerſoꝝ generꝝ z nõ ſubalternatũ poſitoꝝ diuerſe ſpẽs ſunt et dr̃e. vt animalis et ſcie q̃ ſunt duo diuerſa genera ſunt diuerſe ſpecies z differẽtie. q̃ greſſibile: et volatile: bipes ſũt dr̃e aial'. ſz nulla baꝝ eſt dr̃a ſcie. q̃ vna ſciẽa nõ differt ab alia in eo q̃ ẽ bipes vel volatilis. Et addit q̃ notãter dicũ ẽ diuerſoꝝ generꝝ z nõ ſbalternatũ poſitoꝝ q̃ diuerſoꝝ q̃ñerꝝ ſbalternatũ poſitoꝝ nihil ꝓhibz eaſdẽ eẽ dr̃as. q̃ ſupioza ꝑdicãt de ſuis inferiorib⁹. q̃re q̃cũqz dr̃e ſũt ꝑ ꝓ: eeõ ert z ſbcti.

Sciendũ tertio q̃ circa hũc

textum incidũt q̃ruoꝝ difficultates. Prima ẽ ꝑ⁹ dictũ ẽ in ꝑncipio: hanc ſciam nõ eẽ de vocib⁹ nec ỏ termis: et tñ dici ẽ paſſio termi. ſil'r cõplexio et mꝑplexio eſt paſſio vocis. quare videt q̃ ꝑ ª diuiſio nõ ſit vtilis ad cognitõnẽ ꝑdicamẽtoꝝ. Ad hoc rñdet q̃ in ꝑdicta diuiſione dicũtur debz capi pro ꝓcipiũt. Ulterius ỏ: q̃ ꝓplexio et inꝑplexio licz ſint paſſiões vocũ: ꝓueniũt tamẽ ꝑ ª ꝓceptib⁹. Secũda difficultas q̃ dici de ꝑſupponit eſſe in: q̃ videt q̃ quitgd dr̃ de ſubiecto habeat eſſe in ſubiecto qõ eſt contra ſcõaz diuiſiõez. Ad hãc dubitatõem rñdet ꝑ vnã ſuppoſitõez et vnã diſtictõz Suppoſitio eſt hec. q̃ in ſecũda diuiſione iſte ablatiuus ſubiecto ca² equoce. Nã quando ꝓſtruit cum iſta ꝑpoſitõe in: tũc ꝑ ꝓ ſubiectum accidentis. Sz quando ꝓſtruitur cũ iſta ꝑpõe de: tunc ſignificat in feri⁹ ꝑ ſe alic⁹ ſupioris. Diſtincio eſt hec. eſſe in ſbiecto capit duplicit Uno mõ ꝑmeintẽtõalit: et tũc tãtũ vz ſicut inherere alicui tanq̃z ſubiecto vl' tãq̃z ſuppõito. ſicut dici⁹ naturã hr̃e eſſe in ſuppoſito. Alio mõ capit ſecũde intentiõalit. et tũc ſignificat ꝑdicatõez dentiaz alicuius accũtis ỏ ſubiecto Tunc dicit q̃ capiẽdo eſſe in ſubiecto ꝑ ꝓ: dici de ꝑſupponit eſſe in: Nõ ãt capiẽdo z ꝓ ſic ca² in diuiſiõe. Tertia difficl'tas vtrũ ꝑ ª regl'a teneat vl'. Rñ ¹ bzcuit q̃ affirmatiez negatiez in oib⁹ termis. duab⁹ ꝓdirõib⁹ obſuatis. ꝑ ª q̃ ꝑ ª ſit affirmatiua. ſcõa q̃ z ª propoſitio ſit vl'is ſiue affirmatiã ſiue negatiã. Quarta difficultas q̃ dicũt gña ſ' alt'nati põita: vl' nõ ſb alternati põita. Rñdet q̃ illa dñz ſbalternati põita q̃z vnũ ꝑticipat q̃tritatiẽ aliud: et non econtra: et ſunt e⁹dem kathegorie. ſicut ſbſtãtia z corp⁹. Et ꝑ oppoſitũ gña nõ ſbalternatiz põita ſunt illa q̃ ꝓtinẽt i diuerſis kathegorys nec vnũ q̃tritatiẽ ꝑticipat reliq̃ ſic al' et color.

Concluſio reſponſalis duc:

diuiſiões et due regule aĩ ꝑdicamẽtales ſu n in textu ſufficiẽter aſſignate. Lõcluſio ſatis pz ꝑ declaratiõez eoꝝ q̃ dicta ſũt in notabilibus.

Dubitatur primo. Vtrũ ſo/

la inꝑplexa ſint in ꝑdicamẽto. ꝑ c⁹ ſolutõne eſt ſupponẽdũ q̃ arestotiles in ſcõo tractatu de termiat de ꝑ ⁿᵗᵒ. et ꝓtiet ſex ca ¹ª. In q̃z ꝑmo detiat de ipis ꝑ ⁿᵗᵒ poſido vnã gñalẽ enumeratõez eoꝝ. et ꝓtiet duas ꝑticulas. In ꝑma intẽdit talẽ diuiſiõez. Eoꝝ q̃ fm nullã ꝓplexionẽ dr̃ ſingulũ aut ꝑ ꝓ ſbſtãtia: aut q̃li ⁿᵉᵐ: aut q̃ntitatẽ: aut ad aliqd: aut vbi: aut q̃: ant ſitũ eẽ: aut hr̃e: aut facere: aut pati: de q̃libz boꝝ dat exũ dicñs. Eſt autẽ ſubſtãtia vt dicat figuralit. i. exẽplarit vt hõ: equ⁹: q̃n ¹ª⁰ vt bicubicũ

Predicamētorū.

tricubicū :q̄litas vt albū: ad aliqd vt maiꝰ duplū:Ubi ꝟo vt i loꝰ:qñ ꝟo vt heri:situ cēvt sedꝰ iacꝫ:hr̄e vt calciatꝰ armatꝰ:facē ꝟo vt secar̄ vrere:pati vt secari vri. Cōsequēter in zª pticula intendit talē cōclusionē .ſ. q̄ nullū predicamētoꝝ ꝑt affirmatiue vel negatiue.quam cōclusionē ꝓbat duabus rōnibus.Quaꝝ prima est hec: Nullū dicibile ex cuiꝰ cōplexione cū aliq̄ resultat affirmatio vel negatio significat affirmatiue vel negatiue.sed singl'm predicamentoꝝ est tale ḡ nullū eoꝝ significat affirmatiue vel negatiue. Nec per ꝓñs aliquod eoꝝ est cōplexū. qz solū complexuꝫ significat affirmatiue vel negatiue. Scēa ratio est ista: Oīs affirmatio vel negatio ꝑt vez vel falsum sed nullū predicamentoꝝ ꝑt vez vel falsum ḡ nullū p̄dicamētoꝝ ꝑt affirmatiue vel negatie.

Dubitatur secūdo vtrū predicamenta p̄ distinguantur cōuenienter per suos modos p̄dicandi.

Et videt q̄ sic.qz illud quod diuidit imediate in decē predicamenta est ens:cuiꝰ nō sunt differētie:ḡ decē predicamenta nō possunt distingui p differentias : relinquit ergo q̄ distinguant p modos predicandi.Antecedēs p ꝑma parte est de se notū.sed pro secūda declarat.qz differētia semper est extra rōnē eius qō diuidit·ergo si ens haberet differentias ille essent non ens.Modo nullum nō ens est cōstitutiū alicuius positiui entis.ergo predicamenta nō possunt cōstitui sub ente per differentias eius . In oppositum arguitur.qz modus predicandi insequitur modum essendi ergo distinctio p modos predicandi posterior est distinctione modorum essendi : z per consequens non ē prima.Ad dubium respondetur q̄ predicamenta possunt dupliciter considerari.Uno modo primeintēctionaliter z methaphisicaliter . z sic dicuntur duo . Primum q̄ sicut ens prima sui diuisione diuiditur per finitum z infinitum creatum vel increatum:ita ens creatum z finitum imediate diuiditur in decem predicamēta:ita q̄ nulla sit prima diuisio bimembris. Secundum dictum.ens finitum prima z imediata sui diuisione descendit in decem predicamenta: non quidez per modos predicandi distinctos:sed per quosdā modos essendi ꝓprios: distinctos ex natura rei:quoꝝ quilibet habet rationē contracti respectu entis: z constituti alicuius predicamenti.Alio modo capiuntur predicamēta secundeintentionaliter et logice.z sic etiā dicunt duo. Primū dictuꝫ Decē predicamēta sumpta scēdintēctionaliter sunt decē intentiones scōe adinuicē numeraliter distinctē:ita q̄ hec intentio cōmunis generaᵐ vel predicamētum variatur in istis decē predicamentis tñ numeraliter.cum hoc tñ stat q̄ quelibet baꝝ intentionū singulariū est p̄dicabil' de plurib'ꝰ differētiꝰ ſpē predicatiōe significata:lꝫ non exercita. Scōm dictū :Ex quo intēctiones scōe causant per actū compatiuū intellectus:iō decem predicamēta q̄ sunt decē intentiōes scōe causant ꝑ actū compatiuū intellectꝰ:compantis quittitates principales cognitas ad primam substantiam quam diuersimode hñt denoiare . Et q̄ videt sequi q̄ prima distinctio predicamentoꝝ logice cōsideratoꝝ sumitur p diuersos mōs p̄dicādi:sic dīstīctꝰ respectuū sumit ex distinctōe termioꝝ.

Dubitatur tertio. vtrū deꝰ sit in p̄dicamēto.

Ad quod breuiter respōdet per tria dicta. Primū dictū est:Oē reponibile per se z directe in predicamēto necesse ē habere ordinē in se superiorīs vel inferiorīs. qz hoc videt significari p hoc nomē p̄dicamētū:quod in sua significatiōe quandā cordinationē ꝓportat. Scōm dictū superꝰ essentiale z quittitatū est ps sui inferiorīs.qz in ꝓceptu formali inferiorīs includit superius. z cuiꝫ hoc aliqd aliud qō est cōtractiuū et denoiatiuū superiorīs q̄ superius ē eius ps . Tertiū dictū deo repugnat habere partē . Probatur qz deo repugnat q̄cunqz impfectio sed ps videt de se importare quādā impfectionē : ex q̄ pars semp caret perfectione totiꝰ. Et quibꝰ videt sequi q̄ deꝰ nō est in p̄dicamēto.

Ad rationes ante oppositū

Ad pᵃᵐ ōr q̄ lꝫ corpꝰ aīatū ꝑᵐ vocē sit ꝓplexū: sibi tñ correspōdet i mente cōceptꝰ incōplexꝰ: z apte rei sibi corrīdet qtitas simꝫ. iō talis cōplexio vocalis nō ꝓhibet simplicitatē reqsitaꝫ ad B q̄ aliqd sit in p̄dicamēto. Ad zᵃᵐ ōr q̄ pᵗ vno noie pōt capi duᵗ.Unoꝰ pcise:vt tātū vꝫ sic pᵗ fm noᵐ z non fm rōnē:z pᵗ noie z rōe nō inclu pᵗ noie:lꝫ ex opꝰ distinguūt. Alioꝰ caꝰ pmissiue vt.ſ.secuꝫ pmit rōnē pᵗ pᵗ ō sbctō.z cē id qō pᵗ noie z rōe:pᵗ etiā noie. Ad 3ᵃᵐ ōr q̄ nō debite arꝰ.eo q̄ bꝰ nō ē vl'is.si aūt bꝰ fuerit vl'is tūc bñ sequꝰ ē fl'a ita etiā bꝰ.Diꝰ pterea fm frā ᵐq̄ ista reᵃ tꝫ vl'r i termis pᵉᵗᵒ:lꝫ qñ fit variaꝰ p trōs z ᵉᵗᵒ ꝓñia nō tꝫ.sic aūt arguebat i ꝓpoꝰ ex pte bꝰ. Ad 4ᵘᵐ ōr q̄ figª pōt duᵗ ꝓsiderari.Unoꝰ mālr:vt.ſ.ē q̄n trāta trō vel tris:z ē in gñe q̄n ᵗᵗᵒ. Alio mō capitur formaliter.ſ. p clausione seu terminatione linearum insuꝑfitie.z sic ē de gñe q̄litatis.Mō nō ē incōᵐᵒ

idem inueniri in diuersis ꝑdicamentis.

Queritur quarto: vtrũ substantia prima sit magis substantia q̃ ſcda.

Et arguitur q̃ non autoritatibus ⁊ rõne. Prima autoritas est arestotilis in B libro: volentis q̃ substantia nõ suscipit magis neq̃ min⁹. Secunda ē porphirij in capl'o de differentia: vbi vult q̃ esse substãtiale vniuscuiusq̃ est vnũ ⁊ idẽ: neq̃ intensionẽ neq̃ remissiones suscipiens. Preterea arguit rõne. Nulla forma que non est ꝓtibiliter acq̃sibilis per motũ suscipit magis ⁊ minus. sed substãtia nõ est forma ꝓtibiliter acq̃sibilis per motũ: vt videtur sentire arestotiles qnto ⁊ septimo phicor: q̃ vna substantia nõ est magis substãtia q̃ alia: Nec valet dicere q̃ hic capitur substãtia z^cr. qꝛ talis z^a intentio nõ acquiritur per motũ: cuꝛ nulli⁹ motus sit termin⁹ formalis q̃ capiẽdo substãtiam z^cr vna nõ est magis substantia q̃ alia. In oppositum est arestotiles in pñti capitulo.

Sciendum primo q̃ pro declaratione terminoꝛ premittuntur due distinctiones.

ſecundo capitulo determinat areſtotiles de ꝑtibus integralibus enunctiationis. et continet duas partes. In quarũ ꝑia intẽdit quiq̃z conclusiones. Prima Conclusio tangit diffinitionem nominis. Et eſt hec: Nomẽ ẽ vox ſignificatiua ad placitum ſine tempore cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata. Hanc vltimam particulam ꝓbat areſtotiles: quia partes nominis compoſiti q̃ magis videntur ſignificare nihil ſignificant. Nam in hoc nomẽ equiferus ferꝰ nihil ſignificat per ſe: quãdmodum eſt in oratione q̃ eſt equꝰ ferus. Secunda. Concluſio non ſimiliter ſe habent partes nominis compoſiti ſicut partes nomis ſimplicis. patet quia partes nomis ſimplicis nullo modo ſunt ſignificatiue ſeparate: ſz partes nois compoſiti volunt ideſt apparent aliquid ſignificare: et qꝛ habẽt potentiam ad ſignificandum: nõ tamen actu aliquid ſignificãt. qꝛ nõ bñt ſignificationẽ actualẽ ſepatã a toto: vt ab alia parte cui per compoſitionem vniũtur. Tertia concluſio. Nomẽ ſignificat ad placitũ patet quia non ſignificat naturaliter. ergo ſignificat ad placitum. Antecedens patet. quia nomen ſolum ſignificat quando fit nota: quãdo ſcilicet ab inſtitutione voluntaria imponitur ad ſignificandũ. Et confirmatur quia illiterati ſoni ferãm non ſunt nomina: eo qꝛ ſignificant naturaliter. ergo nullum ſignificãs naturaliter eſt nomen et per conſequens nomẽ ſignificat ad placitum. Quarta cõcluſio no

men infinitum non est nomem fm logicum
Patet quia non homo non est nomen: neqz
est ei nomen impositum quo possit nominari
vel appellari. quia nec est oratio affirmatiua:
neqz oratio negatiua: sed potest vocari no-
men infinitum. g̃ nomen infinitum non est no
men fm logicum. Quinta cõclusio. Nomi-
na obliqua non sunt nomina fm logicum. pa
tet inductie. quia kathonis kathoni et ceteri
obliqui non sunt nomina: sed casus nominis
Conueniunt tamen et differunt nomina aliq̃
cum nominib⁹ rectis: conueniunt quidem in
ratione id est insignificato. quia nomẽ rectuz
et nomen obliquum habẽt idem significatum
Sed differunt. qz si nomi recto addatur hoc
verbum est fuit vel erit: significat verũ vel fal
sum. sed si illud idem addatur nomini obliq̃
vt dicendo kathonis est: vel kathonis fuit: vl
erit: non dum significat verum vel falsum. Et
ex ista parte textus solet elici hec communis
propositio q̃ verũ et falsũ p̃supponũt ꝓgruuz.

Sciendũ tertio q̃ circa hunc

textum incidũt tres difficultates. Prima est.
vtrũ p̃dicta diffinitio nomis ꝓueniat omni no
mini mentali vocali et scripto. Rñdetur dupli
citer. Primo ponẽdo duo dicta. Primũ. q̃
nomẽ dicitur annalogice de nomine mentali
vocali et scripto: ita q̃ nomẽ võli sit p̃ncipali⁹
analogatũ. Secundũ dictũ quando diffini-
tum est analogũ: tunc totalis diffinitio debet
ꝓuenire principali analogato: z sufficit q̃ fm
aliquas partes diffinitionis ꝓueniat ceteris a
nalogatis. Et quibus inferunt duo corrlaria
Primũ q̃ hic diffinit nomen in sua tota com
munitate: vt scz p̃dicatur de nomie mẽtali vo
cali et scripto. Secũdũ corrlariũ q̃ hec dif-
finitio cõuenit istis tribus analogatis: differẽ
tez. qz tota diffinitio fm omnes suas partes ꝓ
uenit nomini vocali: sed alijs tantũ ꝓueniunt
aliq̃ partes diffinitionis. Aliter respõdetur q̃
p̃dicta dio datur solũ de nomie vocali. Luius
ratio potest esse qz liber iste ordinat ad scien
tiam de sillogismo: in qua principali⁹ agitur
de sillogismis vocalib⁹. p quas promptius et
magis expedite possum⁹ disputare. Et si dica
tur logic⁹ non habet ꝓsiderare voces vt sepi⁹
patuit. ꝓceditur capiẽdo vocẽ p̃meintẽtionali
ter: hic autẽ diffinit nomẽ vocale scẽintẽtio-
nalit sumptũ. Secũda difficultas. Utrũ va
cuũ: kimera. bircoceru⁹: et ꝓsimilia sint noia
Et videtur q̃ non. quia nihil significãt. Re-
spondet q̃ terminus cõis supponẽs mediãte
verbo significãte actũ animi interiozẽ amplia
tur ad supponẽdũ p̃ his q̃ sunt vel fuerũt vel
erunt vel possunt esse vel possunt ymaginari
esse sub forma termini supponẽtis: Ideo ista
nomia licz nõ significẽt aliquid q̃ est: signifi
cant tamẽ aliquid qõ p̃t ymaginari esse. Uel
potest dici q̃ nihil imponit ad significãdum
p vocẽ nisi vt cõceptum est et ꝓgnitũ. Ideo li-
cet significata illaz duaz dictionũ nõ habeãt
esse vñ reale: habẽt tamẽ esse ꝓgnitũ. qõ su-
ficit ad hoc q̃ p vocẽ significẽt. Tertia di-
ficultas. Utrũ ptes nomis ꝓpositi sepate aliq̃
significẽt. Rñdetur p vna distinctioez et duo
dicta. Distinctio est hec. ptes nomis ꝓposit
possunt duplicit ꝓsiderari. Uno modo vt sũt
ptes nominis: siue vt vniũtur ad ꝓstitutionem
vnius nominis compositi. Secundo mõ pos-
sunt considerari vt sunt extra nomẽ: et hoc du
pliciter. Uno modo vt sunt in oratõe tanquaz
ptes eius. Alio modo extra orationem. et his
duobus mois nõ sunt ꝓprie partes nominis
compositi qz nihil ỏz pars ꝓprie loquendo
nisi vt actu vnit alteri ad ꝓstitutõez ton⁹. Pri-
mũ dictũ ẽ istõ. c⁹ lib⁹ nomis ꝓpositi pars aliq̃
alteri nomi vnita dictionalit vel alteri vnita o
rationalit ẽ significatiua. patet de hac dictiõe
ferus: q̃ si p se sumat vel sit actu vnita in hac
oratione equs ferus est significatiua. Secu
dum dictũ nulli⁹ nomis ꝓpositi pars alteri d
ctioni vnita vel ab alia separatim intellecta c
significatiua. et in hoc sensu ꝓbat arestotiles
partes nominis ꝓposite separatas nihil ꝓcare

Conclusio reponsalis diffi

nitio nominis est intextu sufficienter assigna-
ta. patet satis ex secundo notabili.

Dubitatur primo. vtrũ iste.

voces buff et baff sint significatiue ad placitũ
sine tempore. Rñdetur p tres distinctiones.
Prima ẽ. Significatiuũ potest capi duplicit
Uno modo vt dicit potẽtiam ad significãduz
et sic tantuz valet sicut potẽs significare. et ꝶ
modo buff et baff et generaliter omnis vox ẽ
significatiua: eo q̃ potest imponi ad significã
dum. Alio modo potest capi significatiuum
vt dicit aptitudinem ad significandum: et tũ
valet sicut aptum natum significare. et ꝶ mõ
sola vox actu imposita ad significãdum dicit
significatiua. Secunda distinctio. aliq̃ vo-
cem significare ad placitum potest dupliciter
intelligi. Uno modo sic q̃ significet ad placi-
tum primi imponentis vel alicuius totius cõ-
munitatis. Secundo modo dicitur significare
ad placitum: quia significat ad placitum cu-

iuslibet volentis eam instituere .et sic nomen non dicitur significare ad placitum: sz pmo ª Tertia distinctio. Nomē ꝓ ꝛe sine tpe pt tripliciter intelligi. vel ꝑ ut hec dictio sine significat exclusiōez circa significatū vocis:et sic illa vox dr ꝓ ꝛe sine tpe cº significatū vel ps ꝓ ꝛe nō est tempº aut ps tpis: et sic multa noia (cºmodi sunt tpº annº dies mensis ꝛc) non dicunt significare sine tpe: vel vt illa dictio sine dicit exclusiōez circa significatōnez vocis: et sic illa vox dr significare sine tpe q̄ nō ꝓ ꝛe snū significatū in tēpore vel quando tpº est: et sic adhuc multa noia ymmo forte oia nō dicūtur significare sine tpe: Tertio pt intelligi ꝑ vt hec dictō sine significat exclusiōez certi mōi ꝑ ipsius vocis: et sic illa vox dr ꝓ ꝛe sine tpe q̄ pter suū pncipale significatum de suo mō ꝑ non repsentat tpº nec aliquā differētiā tēporis. et sic nomen dr significare sine tempore. Ex hoc patet responsio ad dubium.

Dubitatur secundo vtrum.

nomē infinitū sit vox incōplexa : aliquid ponens: Rsidetur ꝑ duas distinctōes. Prima distinctio est hec. Duplex est vox scz ꝛplexa et incōplexa. Vox cōplexa est cuius significatū dependet a significato suarum partiuz: sic q̄ significatū ptis sit pars significati totius: et totum significatū sit significatū totiº. Sz vox inꝛplexa ē cuius totū significatū adequat voci: ita q̄ pars significati non correspōdet parti vocis nec econtra. Secūda distictio. In nomine duplex ꝛpositio inueniri potest. q̄dam ē intrinseca. q̄ est ꝛpositio qualitatis a quā nomen imponit cū sbstantia cui nomē imponit Alia est ꝛpositio extrinseca q̄ ꝛuenit nomi vt ē ps oratiōis. Ex quo sequunt nia correlaria. Primū est. q̄ negatio addita nomini negans ꝛpositionez extrinsecā reddit ꝓpositōez negatiuam. Secundū correlariū. Negatio addita nomini negās ꝛpositōez intrinsecā tantū facit nomen infiniti. q̄ tantū negat ꝛpositionē q̄litatis de sbstantia. Tertiū correlariū. Nomen infinitum est cuius priuata est qualitas determiata remanēte sbstantia eius infinita. Primum dictū. Nomē infinitū nō est vox inceꝛplexa · q̄ ꝛponit ex noie finito et negatōe. Secundū: dictū. Nomē infinitū nihil poit. q̄ id dr aliquid ponere q̄ō est verificabile de aliquo positiuo determiato: sz nomē infinitū indifferēt pdicat de ente et nō ente q̄ nihil poit

Dubitatur tertio vtrum no

men obliquū sit nomen apud logicū. Et videt q̄ sic. q̄ pt esse sbiectū enuntiatōnis: sicut pz inꝛpopositione modali. Ad dubium respōdetur ꝑ distinctionē. q̄ nomen potest capi dupliciter. Uno mō ꝛmuniter ꝑ omni eo q̄ō potest subici respectu verbi inpsonalis vel psonalis siue finiti modi siue infiniti. et sic nomē obliquū posset dici. nomē. Alio modo potest capi nomen pro eo q̄ō potest subici in propositione respectu verbi personalis psentis tēporis indicatiui modi tantuz : et sic obliquº non est nomem frm logicum.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dr q̄ ꝛceptus mentis non est nomen vocale de quo principaliter dat diffinitio vt patuit in tertio notabili. Ad secundaz dicitur q̄ hic capitur vox secūdeintēctionaliter vt patuit in primo notabili. Ad tertiam dr: q̄ pars nominis ꝛpositi vt non ē alteri vnita dictionaliter: vel etiam vt est vnita alteri orationalit est significatiua: non autem vt pars est nominis compositi et alteri dictiōaliter vnita vt patuit in tertio notabili.

Queritur tertio: vtrū diffinitio verbi sit intertu sufficēt assignata. Et arª

pmo q̄ non q̄ in ista diffinitiōe non ponitur genº diffiniti q̄ non est suffitiens: Accedens patet q̄ vox significatia ad placitū est genus respectu nomis et verbi q̄ sicut ponit in dioe nois ita debuit poni in dioe verbi. Secūdo sic q̄ in hac ꝓpositōe deº est trinº istud verbū ē non ꝛsignificat tpº. Tum pmo q̄ ipsa fuit vera aliquam tpº esset videlicet ante creationem mūdi. Tū secdo q̄ esse diuinū non mēsuratur tpe q̄ male dicat q̄ verbū ē q̄ō ꝛsignificat tēpus. Tertio sic: In hac ꝓpositione hō currit h pdicatū currit est verbū et nī nō est nota cortū q̄ de altero pdicāt q̄ ꝝ dioez. Ju opppositum est arestotiles.

Sciendum primo q̄ pro intellectu q̄stionis ponūtur due distinctōnes et vnū dictū.

Prima distinctio est hec q̄ aliud est ꝓ ꝛe tēpº et aliud ꝓ ꝛe cū tpe q̄ ꝓ ꝛe tempus ē de pn ꝛe significato ꝑportare tēpus sicut ista nomia annus dies mensis. Sz significare cū tempore est pter pncipale significatum ex suo mō ꝑ ꝑportare aliq̄z differētiā tpis et ꝛo verba et pricipia dicit ꝓ ꝛe cū tpe. Secūda distinctio aliqd dr duª ꝓ ꝛe cū tpe q̄ vel dr ꝓ ꝛe cū tpe determiate l' indetermiate. Significare cū tpe determiate est significatuz pn ꝛe importare pcise sub vna dra tpis sic q̄ nō sb alia et illo mō verba dicunt significare cum tempore nā illud verbū amo ꝓ ꝛe actū amādi esse l'

fieri in tpe pſenti. Sz ſignificare cum tpe inde terminate eſt ſuū ſignificatū pncipale importare ſub vna ora tēporis: nō tamē pcise ſz qñz ſub alia ratione alicui⁹ additi. et illomō pticipia dicunt ſignificare cū tēpore ideterminate. ſicut hoc pticipiū amās qñ additur verbo pſētis tēporis ſignificat actū amādi eſſe vel fieri p tēpore pſēti ſz quādo additur vbo pteriti tpis tūc ſ̄t actum amādi fuiſſe in pterito. Si vero addatur verbo futuri temporis ſignificat actū amādi fore in futuro. vez tamē reſpectu c⁹cū qz verbi c⁹cunqz tēporis ſumat hoc pticipium amās ſemp eſt pſentis tpis qz licet aliqñ ſignificet actū amādi fuiſſe in pterito vel fore in futuro: tñ B non eſt niſi p quanto tale tēp⁹ fuit l' erit pſens. Dictū eſt iſtud. Petr⁹ biſpan⁹ cōſiderans verbum pcise vt diſtinguitur contra nomen z oationem nō habuit ponere in diffinitione verbi iſtam particulam et eſt eorum q̄ de altero dicuntur nota. ſed philoſoph⁹ cōſiderans verbum vt diſtinguitur cōtra qlibz extremum ppoſitionis vel contra q̄lzbet partem extremi habuit ponere illam particulam Et ita verbuz qō eſt pars ſubiecti vel predicati non meretur dici verbum apud logicum: eo qꝰ non copulat pdicatum cum ſubiecto: nec talem copulam includit. ideo ponit iſtra pticula in diffinitione verbi quam dat philoſophus vt patebit in notabili ſequenti.

Sciendū ſecūdo qꝰ in hac ſecūda parte areſtotiles determinat de verbo.

et continet quatuor concluſiones. Prima tāgit diffinitionem verbi. et eſt hec. Uerbū autem eſt qō ſignificat tempus cuius nulla ps extra aliquid ſignificat et eſt ſemp eoz q̄ pdicantur de altero nota. Prima pars patz quia curſus ē nomē: curzit vero eſt verbū: et huius differētia videt eſſe qꝰ curzit ſignificat tempus: nō autē curſ⁹. vltimā ptem pbat quia verbum ſemper eſt nota .i. ſignum vnionis et cōpoſitōis eoz q̄ pdicātur ſiue eſſentialit ſiue accidētalit de ſubiecto. Secūda ꝛcluſio eſt b^c Uerbū infinitum nō eſt verbū. patz qꝰ nō curzit: nō laborat: ſunt verba infinita: et tamē nō ſunt verba q̄ zē. A^o2 patet quia tali differētie verbi cuiuſmōi ſunt nō curzit: nō laborat: non eſt nomē impoſitū: ſed tamē poſſunt dici verba infinita. B^o2 patet qꝰ non curzit non laborat nō verbum dico. ſignificāt tñ tēp⁹ et ſunt note eoz q̄ pdicant de alio. nō tñ ſūt vba. ſed ſunt infinita verba: qꝰ ſimilit pdicant de quo libet qō eſt z qō non eſt. Tertia cōcluſio verba obliqua nō ſunt vba qꝰ cucurzit curzebat z curzet ſunt vba obliqua et tamē nō ſunt vba ſz ſunt caſus verbi. Differt enim verbū a verbis obliquis qꝰ verbū ꝛſignificat tēpus pſens. ſz verbum obliquum ꝛſignificat pteritū et futurum q̄ complectunt et copulant ad preſens. Quarta concluſio remouet q̄ddam dubium Exquo enim dictū eſt qꝰ verbū eſt nota eoz q̄ de altero pdicantur poſſz aliqs credere qꝰ verbum fm ſe .i. p ſe dictū et extra propoſitionez non eſſet nota nec vox ſignificatiua. hoc remouet dicens qꝰ verba fm ſe dicta ſunt nomina: et ſignificant aliquid qꝰ ille qui dicit verbū ſolutarie ſumptū ꝛſtituit intellectū ſimplicē: z qui audit geſcit: Et licz ipſuz verbū ſic ſoluatarie ſūptum ſignificet aliquid: tamē nō duz ſignificat aliquid verum aut falſum: nec affirmatiuū nec negatiū Qō patz exēplo qꝰ ſi hoc verbū ē purū diceris .i. acceperis ſolutarie ſine ꝛpoſitione vel diuiſiōe ipſuz quidē nihil ē: hoc ē nō ſignificat aliquid affirmatie vel negatie vere vel falſe. quia conſignificat quandā compoſitionem quam ſine compoſitis .i. ſine extremis non eſt intelligere.

Sciendū tertio qꝰ circa hunc

textum incidūt tres difficultates. Prima ē Utrū verbum ſit ſemper nota eoz q̄ de altero dicūtur: Ad quā reſpōdetur p tres diſtinctōes et tria dicta. Prima diſtinctō eſt hec. Du^z eſt verbum quoddā eſt verbū ſbſtantiuum c⁹mōi eſt hoc verbum ſum es eſt. qō ſignificat quendā actū ꝛplexiuū extremorū ppoſitonis Aliud eſt verbuz adiectiū. qō ideo ōz adiectiū qꝰ in ſua ſignificatōe aliqd aliud addit vltra B verbuz ſum es eſt. Secūda diſtinctio. qōlibet verbum adiectiū includit duo ſcz actū generalē q̄ importatur p hoc verbū eſt: et actum ſpetialem qui ōz res verbi importata p participium deſcēdēs a tali verbo. Tertia diſtinctō Du^z eſt pdicatū quoddā eſt pdicatū formale qō ſic ab alberto diffinit eſt qō intra ſe ꝛcipit formā p quā retorquet id qō inē ad id cui inest et de quo ōz vt de ſubiecto. talis autez forma eſt ipſa ꝛpoſitio quā verbū intra ſe ꝛcipit p hoc qꝰ ſ̄t actū alteri inherētē: iō vl'z hoc vbū eſt: eſt pdicatū formale qō ē copulatiū pdicati materialis cū ſubiecto. Aliud eſt pdicatum materiale qō vel eſt res verbi ſignificata p pticipiū vel eſt aliquid ſignificatū p nomē. Primū dictū eſt iſtud. hoc verbū ē ſp eſt nota eorum q̄ de altero pdicat. patz qꝰ hoc verbū eſt ex eo qꝰ intra ſe ꝛcipit ꝛpoſitōez eſt nota ſiue ſignū ꝛpoſitōis pdicati cū ſbiecto. Secūduz dictū. Nullū verbū adiectiū ē de ſe nota eorū q̄ de altero pdicant. patz qꝰ nota ꝛpoſitōis diſtinguit a q̄libet extremo ꝛpoſitōis. ſz verbū

adiectiuum inpropositione sumptum semp ē extremū vel pars extremi propositōis q̄ de se sibi non conuenit esse notam eorum q̄ de altero pdicātur. Tertiū dictū qlibet verbū fm se l' fm aliquid sui est nota eorū. q̄ de altero dicūt. Prima ps patet de hoc verbo est: qd̄ ex eo q̄ est copula et nō est extremū nec ps extremi ē nota eorū q̄ de altero pdicātur. secūda ps patz quia verba adiectia ratōe actī generalis quē includūt habēt virtutē copulādi pdicatū cum sbiecto. q̄ verba adiectia p aliquid sui habent q̄ sint note eorū q̄ de altero pdicātur. Secunda difficultas: Utrum verba fm se dicta sint nomia. Rndetur primo p distinctōes. qr nomē capitur dupl'. Uno mō spetialiē vt sz est pars oratōis ab alijs distincta: et sic verba nō sunt noia. Alio mō capit nomē generaliē vt idem est qd̄ notamē: id est nota mentis seu signum preceptus: et sic verba sunt noia. Aliē respōdetur p duo dicta. Primus est q̄ verba fm se .i. solutarie et extra oratōes sumpta absoluuntur a propositōe exercita siue ab actuali vniōe pdicati cū subiecto: nunquā tamē absoluunt a propositōe aptitudiali seu pcepta. qr adhuc sūt nata poi in ppositōe p mod' c'dā vnitiui extremorū. Secūd dictū vba dicta fm se .i. solutarie et extra oratōes accepta sunt nomia .i. similia noibus. patz qr sicut noia accepta fm se aliqd significant: nō tamē repsentāt verū vel falsū sed tantū repsentāt pceptū simplicē. sic etiam verba extra oratōes posita: cū absoluunt a propositōe exercita nō significāt aliqd verū vel falsum: sz repsentāt pceptū simplicēs. Tertia difficultas: Utrū vba obliqua et infinita sint verba fm logicum. Respōdetur per vnaz distinctionē et vnum dictū. Distinctio est hec Enūtiatio capitur dupliciter. Uno modo communiter pro omni oratione significante verū vel falsum: siue hoc significet primo et per se finite et determinate siue nō. Alio modo ca² spetialiter pro oratiōe q̄ pmo et per se finite z determinate significat verum vel falsum. Dictum est istud. Uerba obliqua et infinita sit' nomina infinita et obliqua sunt partes enuntiationis primo modo sumpte: nō tamen secundo modo. Et quia logicus principaliter capit enuntiationem secundo modo. ideo verba obliqua aut infinita vel etiam nomina obliqua non sunt noia nec verba apud logicum

Conclusio responsalis. diffinitio verbi est in textu sufficienter assignata. Conclusio satis petet ex dictis.

Dubitatur primo vtrū verbū ifinitū aliqd ponat.

Respōdetur per duo dicta. Primum dictum. Ad hoc q̄ aliqd verbum possit infinitari due conditiones requiruntur. Prima q̄ tale verbum significet actū spetialē: ratione c' hoc verbum est qd̄ tantū significat actū generalē nō potest infinitari: secunda pditio q̄ talis actus spetialis sit finit' et non infinitat'. defectu cuius verba iam infinitata nō psit infinitari. Ex quib' inferē dio verbi infiniti q̄ est hec: Uerbū infinitū est cuius puatus est actus spetialis remanente actu generali infinito et indeterminato. Secundū dictum. Uerbū infinitū nihil ponit. patet qr per negatiōes infinitātē additā verbo ne² qd̄ quid positiuum erat in illo verbo. Cum enim act' generalis in vbo sit ydēptificat' cū actu spetiali: Ideo negato actu spetiali negatur et actus generalis. Et pfirmat ratiōe textus. qr nihil positiuū pdicat indifferēter de ente et nō ente. sz verbum infinitū equaliter pdicat de ente et non ente. q̄ vbum infinitū nihil ponit

Dubitatur primo vtrū verbū infinitū in oratōe positū maneat infinitū

Rndet q̄ nō. qr negatio de sua virtute semp habz ferri ad propositiōes pncipaliores. sz propositio p̄ ⁱᵗ cuz sbiecto q̄ pcipit in actu generali ipsius verbi pncipalior est in ppositōe q̄ propositio act' spēalis cū actu generali. q̄ negato ad dita verbo in ppositiōe negabit propositionem pdicati de sbiecto: et p psequēs vbū erit negatū z nō infinitatū. Et pfirmat qr arestotiles scdo h' nō docz multiplicare ppōes q̄ sūt de alijs verbis ab B vbo est alia q̄ illas q̄ sūt de B vbo ē scdo adiacēte. sz ppōes de B vbo est z' adiacēte nō multiplicāt pēs pdicatū finitū vel infinitū. q̄ nec ppōes de alijs vbis: z p pnis vba nūq̄ infinitātur i enūtiatōe. Aliē rndet q̄ vbū if. nūū in orōe positū manet infinitū. qd̄ p baf z ⁱᵗ autoi ⁱᵗ. Pria ē arestotiles i textu dicētis q̄ vbū infinitū ē nō eorū q̄ de altero predicant. sz nō pt esse nota eorū q̄ pdicant de aliq̄ nisi vt actu sumit in ppōe q̄ vbū in ppōe manet infinitū. z ª autoritas est arestotiles in textu immediate sbiungētis q̄ vbū ifinitum sit' est inq̄libet qd̄ est. et qd̄ nō ē. qd̄ sic pmu nit exponit: Uerbū ifinitū pdicat taz de ente q̄ de nō ente. Nō enim pdicat nisi vt est in enuntiatōe. q̄ ipsū positū in enūtiatōe manz infinitū. Tertia autoritas est arestotiles p ° p°terior faciētis talē demōstratōes. qtqd ñ scinillat est ppe. sed planete non scinillant. q̄ planete sunt prope. In hac enim demonstratione B verbum non scintillat est infinitum et non negetur. ergo verbum positum in oratione ma-

net infinitū. Minor pt̃: si hoc verbū nō scintillat fuerit verbum negatum: tunc argueret minore negatiua in ꝑma figura ex qua nihil sequitur. Itē etiā argueretur ex duabus negatiuis ex quibus etiā nihil sequitur. Et ad primā probationem precedentis dicitur: ꝙ negatio infinitans additur verbo per cōpositiouem ⁊ facit vnam dictionē cum eo: ideo talis negatio solum negat compositionē intrinsecā verbi: que est compositio actus spetialis cuʒ actu generali: ⁊ relinquit compositionē extrinsecā que est compositio actus spetialis cum subiecto affirmatam: ⁊ nō negat eam. Et ad autoritatem respondetur ꝙ locus ab autoritate nō tenet negatiue. Ratio tñ quare philosoph⁹ nō docuit multiplicationem taliū propositionum hec est: qꝛ non est facile cognoscere differentiam inter propositionem de predicato infinito ⁊ aliam propositionem negatiuā de predicato finito.

Dubitatur tertio: vtrū verbum possit absolui a ꝙnotatione tēporis.

Respondetur per vnam distinctionē ⁊ duo dicta. Distinctio est hec. Uerbum absolui a ꝙnotatiōe temporis potest dupliciter intelligi. Uno modo sic: ꝙ nullum tempus nec determinate nec indeterminate significet. Alio modo potest intelligi ipsum absolui a ꝙnotatione temporis sic: ꝙ nullum temp⁹ determinate significet: sed omne indeterminate. Primū dictū est istud. Hoc verbum est vtroq; modo potest absolui a ꝙnotatione temporis. De primo patet: qꝛ quecūq; vniuersalia potest intellect⁹ separatum conceptu simplici intelligere: potest et illa vniuersalia per vnū actum simplicē vnire ⁊ copulare. sed intellectus potest cōcipere hominem: ⁊ animal duobus conceptibus simplicibus precisis a ꝙnotatione temporis. ergo ꝑ vnum actum simplicem prescindentem a cōnotatione temporis poterit illos duos conceptus copulare: sed talis actus copulatiuus est verbum. ergo verbū potest absolui a quacunqʒ ꝙnotatione tēporis. De scō patet: qꝛ multe sunt propositioes necessarie formate de aliquibus quititatibus mediante hoc verbo est sed in talibus hoc verbū est: nō consignificat aliquod tempus determinate. ergo omne indeterminate ergo ⁊c. Minor patet: qꝛ in ꝓpositionibus demonstratiuis de omni posteriori sticum. Ad quod requiritur vniuersalitas tēporis. Scōm dictū. Uerbū preteriti vel futuri temporis non pōt absolui a ꝙnotatōe tēporis. Patet: qꝛ nihil dicitur preteritum fuisse qꝛ nisi extitit in tepore preterito: nec etiam fore nisi qꝛ existet in futuro.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicitur: ꝙ iste particule vox significatiua ad placitū: satis intelligunt ex diffinitione nois. Ad scōam cōcedit ꝙ in ista ꝓpositione: de⁹ est trinus: ex q̄ est necessaria: nō hoc verbū est pscindit a ꝙnotatiōe tēporis. Et si qs dicat ipsum nō absolui a tpe: nūc erit sensus ꝙ de⁹ in tpe presenti est trin⁹. Et ideo distinguit illa propositio: qꝛ deum esse trinū in tpe presenti pōt dupliciter intelligi. Uno mō qꝛ mensurat tpe presenti: ⁊ sic ē falsa. Uel qꝛ coexistit tpi presenti: ⁊ sic est vera: nec sequit incōueniens. Ad tertiā dicit ꝙ licet ꝑ verbū adiectiuū currit: de se nō sit nota ꝛeorū que de altero dicunt: tñ rōe actus generalis in eo inclusi dicit esse nota eorū que de altero predicantur.

Queritur quarto. vtrum diffinitio orationis indifferēter conueniat tā orationi pfecte q̄ꝫ imperfecte.

Et si arguit ꝑmo ꝗ suppositū: qꝛ si oro esset vox significatiua: vel ergo esset significatiua naturaliter: vel ad placitum. Nō naturaliter: qꝛ non idē repꝛesentat apud oēs. Nec etiam ad placitū: qꝛ impositio est passio dictionis ⁊ vocis incomplexe. ergo oratio non est vox significatiua ad placitum. Scō sic. Legitur est oratio: qꝛ subordinatur conceptui complexo ⁊ propositiōali: ⁊ tñ partes eiⁿ nihil significant. ergo male dicit: cuius partium aliquid est significatiuū separatim. Tertio sic. Propositio ypothetica est oratio: ⁊ tñ partes eius separate aliqd significāt vt affirmatio ⁊ negatio. ergo male dicit vt dictio: nō vt affiimatio ⁊ negatio. Quarto sic contra quesitum. Equiferus est oratio imperfecta qꝛ subordinat conceptui cōplexo impfecto: ⁊ tñ partes separate nō significāt aliquid vt dictio. q̄ diffinitio orōnis non ꝓuenit orōni impfecte. Bꝰ patet: qꝛ ꝓtes dictiōis cōposite separate nihil ꝑ ⁊c. In oppositū arguit: qꝛ nihil ponitur in diffinitiōe orōnis per quod excludat oratio impfecta. q̄ indifferēter cōuenit tā orationi pfecte q̄ꝫ imperfecte.

Sciendum primo qꝛ pro declaratione terminoꝝ ponit vna suppo ° cū tribus distinctionib⁹. Suppositio ē bc: ꝙ ꝑ diffinit oratio vocalis ⁊ non mentalis aut scripta

sicut pri⁹ dictum est de noie ⁊ verbo: qꝛ oratio mentalis vel scripta nō ē vox significatiua ad placitum. Prima distinctio est hec. Duplex est vox. q̄dā ē vox simplex ⁊ incōplexa: q̄ scilʒ

non cōponit ex plurib⁹ vocib⁹ significatis q̄z quelibet est p se vna dictio: vel quarū cuilibet correspōdet in mēte vn⁹ concept⁹. Alia ē vox cōplexa q̄ componit ex plurib⁹ vocibus: quarū q̄libet ē vna dictio: vl' q̄rū cuilibet correndet in mente vnus conceptus. Scōa distinctio. Oratio pōt capi dupliciter. Uno mō z ᵉᵗ z p significato: z sic ē quedā relatio rōnis fundata in voce cōplexa z terminata ad significatū eius: z B modo B diffinit. Alio mō potest capi pmeintēctionaliter z p denoiato: z tūc est qdā vox cōplexa: que iō dicitur vna: q̄z ptes ei⁹ habent adinuicē debitā cōnexionem vel per modū determinatiōis et determinabilis: vel rōne verbi: aduerbij: aut cōiūctiōis vniētis partes orōnis. Tertia distinctio: Duplices sunt ptes orationis: quedaz sūt ppinque sicut dictiones. alie sunt partes remote vt lre et syllabe. De partib⁹ autē ppinquis intelligitur pdicta diffinitio.

Sciendum secūdo. q⁹ in hoc

tertio capitulo determinat are ᵗᵉᵒ de partibus essentialib⁹ enuntiatiōis: z cōtinet duas ptes pncipales. In quarū prima tāgit duas cōclusiones. Prima ē hec: Oratio est vox significatiua cui⁹ aliquid ptiū est significatiuū separatim vt dictio nō vt affirmatio vl' negatio. Hāc vltimā pticulā ppbat are ᵗᵉᵒ: q: hō ē pl̄orationis z tm̄ significat aliquid: vt dictio z nō vt affirmatio vel negatio. sed si addat sibi verbuz tūc erit affirmatio vel negatio. Non tm̄ q̄libet pl̄orōnis idifferēter fᵗ vt dictio: q: vnica nois sillaba nō fᵗ vt dictio. qō ppbat p locū a maiori: q: in B nomie sorex: ista sillaba rex nihil significat sed est vox sola. Uerztamen in duplicibus. i. noib⁹ ꝓposite figure ps aliquid significat sed nō fm se. i. actu: sicut pri⁹ dictū est in capitulo de noie. Scōa cōclusio. Oratio significat ad placitū. ptz q: non fᵗ sicut instrumentū naturaliter ad aliqd deputatū: q̄ significat ad placitum. Consequēter in zᵃ parte pncipali determinat de ipsa enūtiatione: z cōtinet duodecim conclusiones. In quaz prima inuendo primā diuisionē orationis in indicatiuā impatiuam z̄c. ponit diffinitionē enūtiationis: z est hec. Oratio enūtiatiua ē oratio nōis: sed illa in qua vez vel falsum ē. patet: q: oratio deprcatiua est oratio z tm̄ nō est enuntiatiua: q: nō est vera neq; falsa. Scōa cōclusio elicit orationē q̄ pertinet ad logicū: z ē hec Alie orōnes ab enūtiatiua magis sunt rethorice vel poetice cōsiderationis: sed sola oratio enūtiatiua est pnitis speculatiōis. Tertia cōclusio tāgit primā diuisionē enūtiationis: z est hec. Enūtiationū alia ē vna alia ē plures. Quarta cōclusio tangit scōam diuisionē: z est hec. Enūtiationū alia ē affirmatiua alia negatiua. Quinta cōclusio tāgit tertiā diuisionē z ē hec. Enūtiationū vnarum: alie sunt simpliciter vne z alie sunt ꝓiūctione vne. Et hee tres diuisiones mixtim tangunt in textu cū dicit Est autē vna prima enūtiatiua oratio affirmatio: deinde negatio: alie vo ꝓiūctione vne. Sexta conclusio remouet quoddam dubiuz: q: exquo dictum ē q⁹ aliqua ē enuntiatio vna simpliciter. posset aliquis credere q⁹ esset ita simpliciter vna q⁹ nulla haberet cōpositionē. Hoc remouet dicēs: q⁹ nulla ē talis que ita sit simpliciter vna q⁹ careat cōpositiōe: sed necesse est omnē enuntiationē esse ex verbo vel casu verbi: quoz quodlibet cōpositionē importat. Et hoc cōfirmatur p locū a maiori: q: si aliqua oratio eēt enuntiatiua sine verbo vel casu verbi: maxime esset B vez de diffinitiōe sed B nō: q: diffinitio hois nō est oratio enūtiatiua: nisi ibi addat hoc verbū est fuit vl' erit: q̄ nulla est oratio enūtiatiua: nisi sit cōposita ex verbo vel casu vbi. Septima cōclusio. Ista diffinitio aial gressibile bipes est qd vnū: non tm̄ ex eo q⁹ partes sibiinuicē siut ppinque. i. cōtinue prolate: q: talis cōtinuitas etiā reperit in his que sunt vnū p accidens: ostēdere tm̄ vnitatē quā habet diffinitio est alteri⁹ negotij. s. metaphisice cōsiderationis. Octaua cōclusio. Innuēdo diuisionē enūtiationis in vnā et plures ponit diffinitionē vtriusq; membri: z ē hec. Enūtiatio vna est q̄ vnū de vno significat vel cōiunctione vna. Sed enūtiatio plures est que plura z non vnum significat vel incōiuncte. Nona cōclusio: q: dictum ē q⁹ enuntiatio vna significat vnū de vno: Possz aliqs credere q⁹ cōsignificaret vnū sicut nomē vel verbum. B remouet tāgens nonā cōclusionē: que est hec. Nomen vel verbū est dictio sola: ideo nō significat sicut enūtiatio. Patet. q: dupliciter cotingit pferre nomē vel verbū. Uno modo respondēdo ad interrogationem factam. Alio modo nō respondēdo: sed sponte pferēdo nomen vel verbuz p se: z vtroq; mō nomē vel verbum non significat sicut enuntiatio. Decima cōclusio. Innuēdo vnā diuisionē enūtiationis in enuntiationē simplicem z cōpositam tāgit diffinitiones mēbroz: z ē hec. Enuntiatio simplex est que enūtiat aliqd de aliō vl' aliquid ab aliquo. Sed enuntiatio composita est que componitur ex his scilz enuntiationibus simplicibus. Undecima conclusio. Innuendo vnam diuisiōez enuntiationis simpli-

cis per enuntiationem de presenti de preteri to ⁊ futuro tangit diffinitionez enuntiationis simpliciter vnius ⁊ est hec. Enũtiatio simplex .i.simpliciter vna ē vox significatiua de eo qõ est aliquid vel non est quemadmodũ tempora diuisa sunt. Duodecima cõclusio tangit diffinitionem affirmationis ⁊ negationis:⁊ ē hec.Affirmatio est enuntiatio alicuius de aliquo. Sed negatio ē enũtiatio alicui⁹ ab aliq.

Sciendũ tertio q⁹ circa hũc tertium incidunt tres difficultates.Prima est: vtrum oratio sit vox significatiua ad placitũ vel naturaliter.Et videtur q⁹ naturaliter argumẽto platonis: q⁹ virtutis naturalis instrumẽtum debet esse naturale:sed oratio est instrumentum virtutis interpretatiue que est naturalis: est enĩ instrumentum quo aia suas conceptiones interpretatur ergo erit naturalis.et per ꝓsequens significabit naturaliter. Ad difficultatem respõdetur: q⁹ oratio significat ad placitum.Et ad rationem platonis respondetur distinguẽdo maiorem: q⁹ virtutis naturalis duplex est instrumentum.quoddam ē immediatũ ⁊ illud ē virtuti naturali vnitũ ⁊ sic maior est vera. Aliud est instrumentum remotũ ⁊ a virtute naturali separatum ⁊ de illo maior est falsa. Tunc ad propositum dicitur q⁹ oratio non est instrumentum propinquũ:sed nouem instrumenta que sunt guttur lingua palatum ⁊c. sunt instrumenta propinqua quib⁹ anima vtitur in interpretatione conceptuum. Oratio autem est instrumentum remotũ ⁊ artifitiale:ideo significat ad placitum ⁊ non naturaliter. Secunda difficultas:quare in diffinitione orationis reperitur ista particula: vox significatiua.⁊ tñ non reperiuntur iste particule sine tempore vel cum tẽpore finita ⁊ recta. Respondetur per tria dicta. Primũ est: ⁊ si ista particula vox significatiua fuerit cõmunis nomini ⁊ verbo ⁊ etiaz ipsi orationi debuit tñ in diffinitione orationis reperiri: q⁹ ex eo q⁹ oratio cõplectitur plures voces potuisset aliquis dubitare:Vtrum oratio sit vna vox vel plures voces ⁊ etiam videtur oratio non esse significatiua saltem significatione distincta a significatione nominis ⁊ verbi: ideo ad denotandũ q⁹ oratio habet vnum significatum neutrũ resultans a significatione suaz partium debuit in sua diffinitione poni ista particula: vox significatiua. Scõm dictum: Nõ fuit necesse ponere in diffinitione orationis istaz particulam ad placitum:q⁹ oratio non fuit ꝓposita ad significandum primo et per se sed solũ ratione suarum partium ⁊ ex consequẽti:q⁹ nõnulli crediderunt orationez significare naturaliter:ideo ad excludendum errorem illorũ probat arestotiles q⁹ oratio significat ad placitũ. Tertium dictum. In diffinitiõe orationis non debuerũt poni iste particule:sine tempore vel cum tempore finita ⁊ recta. Tum primo:q⁹ si ponerentur tunc non ꝓuenirent omni orationi. Tum scõo:quia iste non conueniũt orationi fm se totam sed ratione suarum partium ⁊ adhuc non conueniunt partibus ratione quas sunt partes:sed ratione suorum modoz significandi. Tertia difficultas:Vtrum diffinitio orationis competat propositiõi ypothetice.Et videtur q⁹ non : q⁹ partes eius non f^nt vt dictio : sed vt affirmatio vel negatio. Ad difficultatem rñdetur affirmatiue.Et ad rõnẽ dicitur q⁹ ista ꝑticula:cuius partiũ ⁊c.ponit ad distinguendũ orõnẽ ꝑ nomen ⁊ verbũ quorum nulla ꝑs est separata significatiua vt dictio: iõ ab eisdẽ suffitiẽter distinguitur oro si alique eiꝰ ꝑtes ncrio significent vt dictio. Nã ꝑtes remote orõnis cuiusmodi sunt lre ⁊ sillabe non significẽt vt dictio ⁊ ꝑtes ꝓpinque orõis ypothetice significẽt vt affirmatio: tñ q⁹ aliq ꝑtes vel propinque vel remote f^nt vt dictio: iõ eis cõpetit dio orõnis.Ad qõ denotandum vsus ē are^tes ista cõstructione p̃titiua cui⁹ partium aliqd ⁊ nõ dicit cui⁹ partes.

Conclusio responsalis. diffinitio orõnis indifferẽter ꝓuenit tã orõni perfecte q̃ imperfecte. Cõclusio patz tã ex rõne facta post oppositũ q̃ ex declaratõe habita in notabilib⁹.

Dubitatur primo vtrũ diuisio orõnis in affirmationẽ ⁊ negatiõez sit diuisio generis in spẽs. Ad quã rñdetur ꝑ duo dicta Primũ q⁹ affirmatio ⁊ negatio tripliciter accipiũt.Uno mõ ꝑ actu intellect⁹ q̃ intellect⁹ affirmat vel negat. Scõo capit negatõ ꝑ instrumẽto negãdi.s.ꝑ b aduerbio negandi nõ:⁊ his duob⁹ modis nõ capit b. Tertio capit affirmatio ꝑ orõe affirmatia:⁊ negatio ꝑ orõe negatia:⁊ sic capiũt in p̃dicta diuisiõe Scõz dictũ. Predicta diuisio ē generis i suas spẽs:q⁹ enũtiatio p̃dicat in qd de affirmatiõe ⁊ negatiõe:⁊ affirma⁹ ⁊ nega⁹ dicit pl⁹ q̃z numero cũ differũt pl⁹ q̃z due affirmationes aut due negatiões:q̃ affirma⁹ ⁊ negatio sũt spẽs ipsi⁹ enũ^tis. Et si obiceret.q⁹ circulus aũ tabernã est oro ⁊ tñ non est affirmatiua vel negatiua.erga diuisio est insuffitiẽs.Maior patz q⁹ significat verum vel falsum. Nã equipollere videtur propositioni vere vel false. signifi

cat enim tñ sicut hec propositio: hic venditur vinum. Respondetur negando maiorē: Et ad probationem dicitur. q̃ ad hoc q̃ aliquod signum ad placitū significans sit propositio vl' oratio non sufficit q̃ significet verum vel falsum: sed vltra requirit q̃ in tali signo ad placitum significāte sint partes que separate ⁊ diuerse subordinent partialibus conceptib⁹ cōponentibus orationem mentalem cui subordinatur tale signum ad placitum significatiuū. Modo in circulo nō sunt alique partes q̃ subordinētur partibus illius orationis mentalis in isto domo venditur vinum. Item si sit oratio. queritur vtrum sit oratio mentalis vocalis vel scripta: ⁊ clarum est q̃ nullum horū est dicendum. queritur etiam quomodo conuertitur talis oratio ⁊ que sit sua contradictoria ⁊ sua equipollens: ⁊ qualiter ex ea cū alia poterit fieri propositio ypothetica ⁊ etiam syllogismus. ⁊ q: ista non videntur faciliter posse attribui circulo pendenti ante thabernam. Ideo non videtur esse oratio.

Dubitatur secūdo. Vtrum

sola oratio indicatiua sit enūtiatio. Et videtur q̃ non. q: ista oratio: si nullus peccaret nullus puniretur est propositio: ⁊ tamen in ea nullus ponitur verbū indicatiui modi. ergo ⁊c. Maior patet. q: potest esse premissa sylogismi sic arguendo: si nullus homo peccaret null⁹ homo puniretur: sed null⁹ homo peccauit. ergo nullus homo punietur. Ad dubium respōdetur negatiue. Ad arestotilem respondetur. q̃ intellexit de orationibus perfectis que sunt propositiones kathegorice ⁊ non de illis que sūt ypothetice. Et si arguatur. q: hec oro: ego vellem esse bonus clericus est propositio kathegorica: ⁊ tamen non est cōposita ex verbo indicatiui modi. Maior patet: q: significat verū vel falsum: q: aliter dicendū: vellem esse mortuus vel malus aliquis nō mentiretur: ex quo non diceret falsum. Respondet q̃ illa oratio vellem esse bonus clericus potest dupliciter capi. Uno modo in sensu proprio sibi correspondente ex significatione suorum terminorum ⁊ sic non est propositio: q: equipollet isti: ego essem volens esse bonus cleric⁹. Alio modo potest capi vt equipollet isti: voluntas mea est vt sim bonus clericus ⁊ sic est enūtiatio. Aliter potest responderi ad dubium affirmatiue: ⁊ tunc dicitur q̃ tales orationes conditionales si nullus homo peccaret null⁹ homo puniret: vel si omnis homo curreret nullus homo quiesceret: ⁊ consil'es non sunt enūtiationes nisi in ꝓtum resoluuntur in orationes indicatias vt ista: si omnis homo curreret resoluitur in istam: si omnis homo currit null⁹ homo quiescit. Dicitur vlterius q̃ ista: ego vellē esse bonus clericus ⁊ consimiles non sunt vere neq; false de virtute sermonis nisi ꝓquanto reducuntur ad vnam de presenti: vt prius patuit.

Dubitatur secūdo. Vtrū que

libet propositio mentalis sit essentialiter composita ex pluribus partialibus notitijs: scilz ex subiecto ⁊ predicato mentalibus sicut propositio vocalis ex pluribus partialibus vocibus Et videtur q̃ non: q: si propositio mentalis taliter componeretur sequitur q̃ essent due propositiones synonome: quarum vna esset vera ⁊ possibilis ⁊ alia esset falsa ⁊ impossibilis: q̃ est inconueniens. Patet consequentia: q: iste due propositiones: omnis homo est animal: omne animal est homo essent due propositiones synonome: q: essent constitute ex eisdem terminis precise: componuntur enim ex eisdē subiectis p̄dicatis ⁊ copulis. sunt etiam similes in forma: q: nisi sic hoc maxime esset propter situm ⁊ orationem terminorum: q: scilicz in vna terminus minus cōmunis precedit copulam: ⁊ termin⁹ magis cōmunis sequitur in alia propositione ⁊ econuerso ordine ordinātur sed hoc est falsum: q: in mente non est situs neq; ordo ex eo q̃ sunt in subiecto indiuisibili. Secundo sic: q: si propositio mētalis eēt composita sequeret q̃ esset possibile duo accidentia solū numero differentia esse in codē subiecto adequate non patientia vnum tertiū consequens est falsum. Consequentia ptz. q: in illa mentali homo est. homo est subiectum ⁊ est est predicatum: que nīi numero differūt ergo ⁊c. Ad dubium respōdetur: q̃ propositio mentalis est vnus simplex actus non cōpositus ex pluribus partialibus notitijs: sicut propositio mentalis repreſentans hominē eē aial est simplex notitia nō composita ex cōceptu hois ⁊ conceptu animalis propter rōnes nuper factas: q: tñ dicit arestotiles in isto primo: q̃ hoc verbū est significat quandam compositionem: que compositio non est sine extremis ió videtur esse dicēdū q̃ q̄libet ꝓpō siue mētalis siue vocalis ē essentialiter cōposita ex suis extremis: que sunt subiectum ⁊ predicatum. Item dicit arestotiles q̃ veritas vel falsitas est circa compositionem ⁊ diuisionē intellectus: ⁊ ē aliqs intellect⁹ simplex sine cōpōne et diuisione siue veritate ⁊ falsitate. Et alius

est complexus in quo est veritas vel falsitas. Et ad rationes oppositū concludentes respōdetur primo ad primam negando q̄ ille propositiones sunt synonome. Cum primo. quia extrema aliter ⁊ aliter capiuntur: eo q̄ terminus distributus in vna: non distribuitur in alia ⁊ ecōtra. Cū etiā. q̄ nō ē eadē copula sed ē alia ⁊ alia ꝓpē distincta. q̄ fm variationem extremoꝝ variant copule eo q̄ co[le] depēdēt ab extremis sic vniuersaliter ordinatis. ⁊ ls in mente nullus sit situs realis tm est situs enuntiatiuus vnius de alio ⁊ situs concipiendi. q̄ per pri⁹ cōcipitur naturaliter ordine subiectū q̄ predicatū. Ad scōam cōceditur antecedēs ⁊ consequēs. Et dicitur vltra q̄ dictum philosophi quinto methaphisice intelligitur de q̄litatibus ⁊ accidentib⁹ intensibilibus ⁊ remissibilibus cuiusmodi nō sunt concept⁹ mentales

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicitur q̄ oratio est vox significatiua ad placitum nō q̄ ipsa tota sit imposita ad significandū sed q̄ suam significationem trahit ex significatione suarum partium que seorsum significant ad placitum ex impositiōe voluntaria. Ad ⁊[am] dicitur q̄ istud verbuꝫ legitur potest dupliciter considerari. Uno mō pure verbaliter: scꝫ pro eo q̄ ex sua propria significatiōe significat ⁊ sic est verbū ⁊ nō oratio. Alio modo potest capi pro eo quod verbaliter significat ⁊ etiā pro eo quod significat suū suppositum q̄ de bonitate intelligentis ⁊ consuetudine grāmaticoruꝫ subintelligitur: ⁊ sic sibi correspondet in mente conceptus complexus propositionalis: ideo potest dici ꝓpositio. Ad tertiam patuit solutio in tertio notabili. Ad quartā negat antecedens. Nec sufficit ad hoc q̄ aliqua vox sit oratio q̄ sibi correspondeat conceptus complexus: sed cum B requiritur q̄ ptes vocis seorsum sumpte correspondeant in significando partibus conceptus vt patuit in primo dubio.

Queritur quinto vtꝫ tantū

sint tres species oppositionis. s. contradictoria contraria ⁊ subcōtraria. Et arguitur primo q̄ non. q̄ est aliqua oppositio subalterna ⁊ relatiua ⁊ priuatiua. ergo nō sunt tres species oppositionis. Scōo sic. Iste contradicūt: sortes currit ⁊ sortes nō currit: ⁊ tñ retinent legē contrariorum. ergo oppositio subcontraria ⁊ contradictoria non distinguunt. consequētia tenet. q̄ leges oppositarum propositionū diuersificantur fm diuersitatem oppositionū. Maior relinquitur nota sed minor declarat. q̄ repugnant in pluralitate ⁊ non in veritate. Prima pars supponitur vera sed scōa pars probatur. s. q̄ non repugnant in veritate. q̄ pro quocūq̄ tpe sortes potest currere: ista potest esse vera sortes currit. ⁊ etiā ꝓ quocunq̄ tpe sortes potest non currere. ista potest esse vera sortes nō currit: sed pro vno ⁊ eodem tempore sortes potest currere ⁊ potest etiā non currere. Potest eni cras currere ⁊ pōt etiam cras non currere. ergo in vno ⁊ eodem tēpore iste due possunt esse vere: sortes currit sortes non currit. ⁊ per consequēs tenent legem subcontrariarū. Tertio sic. Cōtradictoria nec repugnant in veritate nec in falsitate ergo in contradictoriis nulla est oppositio. ⁊ p̄ consequēs oppositio contradictoria nō est species oppositionis. Antecedens patet. primo q̄ nō repugnēt in veritate. q̄ iste due cōtradicunt: iste tribulus est sapidus iste tribulus nō est sapidus: ⁊ tamen sunt simul vere. ergo minor pt⁹. q̄ quod iudicatur ab aliqua tota specie illud est verum: sed azinus fm suam totam speciem iudicat. hūc tribulum esse sapidū ergo iudiciū eius est verum. q̄ natura in tota vna specie nō deficit. ⁊ per consequens ista est vera: iste tribulus est sapidus: sed q̄ sua negatiua sit vera: Patet: quia homo a tota specie sua iudicat hunc tribulum non esse sapidum. ergo iuditium est verum. ⁊ per consequens ista est vera: iste tribulus non est sapidus. Sed antecedens pro scōa pte patet. s. q̄ non repugnāt in falsitate. q̄ iste due contradicunt: ego dico falsum ego non dico falsum cuꝫ sint singulares diuerse qualitatis: ⁊ tamen sunt simul false. ergo contradictorie possunt simul esse false. Minor pt⁹ ⁊ primo q̄ ista affirmatiua. ego dico falsum sit falsa casu posito q̄ sortes nullam aliam propositioneꝫ dicat nisi istam: ego dico falsum: tunc sic arguitur. q̄ vel sortes dicit verum vel falsum. si dicit verum ergo verū est sortem dicere falsum: ⁊ tamen nullā aliaꝫ propositionem dicit nisi istam ego dico falsū. ergo ista propositio prolata a sorte. s. ego dico falsum est falsa. Probatur etiam q̄ sua negatiua. s. ista ego non dico falsum sit falsa. q̄ sortes nihil dicit nisi istam propositionē: ⁊ tamen ipsa est falsa vt probatum est. ergo falsū est sortem non dicere falsum. ⁊ per cōsequēs hec propositio: ego non dico falsum erit falsa. ⁊ sic habetur intentū: scilꝫ q̄ iste due contradictorie: ego dico falsum ego non dico falsum sunt false. In oppositum est are[lcō].

